

decessit herede instituto (1) patronae filio ex parte debita, ex altera extraneo; quaesitum est, an adita hereditate, patronae filius a coherede suo partem eorum, quae ex testamento matris ad Maevium libertum pervenerant, petere potest? Respondi, eius, quod ei deberetur, si hereditatem non adisset, partem a coherede petere posse.

§ 7.—Maritus uxorem ex asse heredem instituit, cuius post mortem codicillos aperiri testator praecepit; praedium hereditarium uxor, infructuosum rationi suae existimans, vendidit; emtor quaerit, an retractari haec venditio possit post mortem mulieris ab his, quibus codicillis per fideicommissum hereditas data deprehenderetur, an vero solum quantitas pretii ab herede uxoris fideicommissariis debeatur. Respondi, propter iustam ignorantiam tam mulieris, quam emtoris, heredem mulieris, ut fundus apud emtorem remaneat, fideicommissario pretium dare debere.

jos;» habiendo fallecido Mevia, hija de la testadora, murió el liberto, habiendo instituido al hijo de su patrona heredero de la parte debida, y de la otra á un extraño; se preguntó, ¿adida la herencia, podrá el hijo de la patrona pedirle á su coheredero la parte de los bienes que por el testamento de la madre habían ido al liberto Mevio? Respondi, que puede pedirle al coheredero la parte de lo que á él se le debía, si no hubiese adido la herencia.

§ 7.—Un marido instituyó á su mujer heredera de la totalidad, y mandó el testador que después de la muerte de aquella se cubriesen los codicilos; la mujer vendió un predio de la herencia, que creyó que era improductivo para sus cuentas; el comprador pregunta, si se podrá revocar esta venta, después de la muerte de la mujer, por aquellos á quienes se viese que en los codicilos se les dió la herencia, ó si á los fideicomisarios se les deberá por el heredero de la mujer solamente la cantidad del precio. Respondi, que por razón de la justa ignorancia así de la mujer, como del comprador, el heredero de la mujer debe darle al fideicomisario el precio, para que el fundo permanezca en poder del comprador.

## LIBER

## TRIGESIMUS SECUNDUS

DE LEGATIS ET FIDEICOMMISSIS (2)

[Cf. Cod. VI. 37. 38. 42. 43. 47. 48.]

1. ULPIANUS libro I. *Fideicommissorum*.—Si incertus quis sit, captivus sit, an a latronibus obsessus, testamentum facere non potest. Sed et si sui iuris sit ignarus, putetque se per errorem, quia a latronibus captus est, servum esse velut hostium, vel legatus (3), qui nihil se a captivo differre putat, non posse fideicommittere certum est, quia nec testari potest, qui, an liceat sibi testari, dubitat.

§ 1.—Sed si filiusfamilias vel servus fideicommissum reliquerit, non valet; si tamen manumissi decessisse proponantur, constanter dicemus, fideicommissum relictum videri, quasi nunc datum, quum mors ei (4) contingit, videlicet si duraverit voluntas post manumissionem. Haec utique nemo credet in testamentis nos esse probaturos, quia nihil in testamento valet, quoties ipsum testamentum non valet, sed si alias fideicommissum quis (5) reliquerit.

§ 2.—Hi, quibus aqua et igni interdictum est, item deportati (6), fideicommissum relinquere non possunt, quia nec testamenti faciendi ius habent, quum sint ἀπόλιδες [excoerres].

§ 3.—Deportatos autem eos accipere debemus,

(1) *Taur.*; institutae, el código Fl., Br.

(2) LIBER TERTIUS, añade Hal.

(3) relegatus, Hal. Vulg.; ligatus, conjetura Br.

(4) *Taur.* según corrección del código Fl.; ei, omitela la escritura original, Br.

## LIBRO

## TRIGÉSIMO SEGUNDO

DE LOS LEGADOS Y DE LOS FIDEICOMISOS

[Véase Cód. VI. 37. 38. 42. 43. 47. 48.]

1. ULPIANO; *Fideicomisos*, libro I.—Si alguno estuviera incierto de si está cautivo, ó sitiado por ladrones, no puede hacer testamento. Pero también si estuviera ignorante de su derecho, y juzgara por error, porqué fué cogido por ladrones, que es esclavo, por ejemplo, de los enemigos, ó que está relegado, y cree que en nada se diferencia de un cautivo, es cierto que no puede hacer fideicomisos, porque no puede testar el que duda si le es lícito testar.

§ 1.—Pero si el hijo de familia ó el esclavo hubiere dejado un fideicomiso, no es válido; pero si se dijera que fallecieron manumitidos, diremos constantemente, que se considera dejado el fideicomiso, cual si hubiera sido dado ahora cuando le sobreviene la muerte, por supuesto, si hubiere subsistido la voluntad después de la manumisión. Pero ciertamente nadie creará que hayamos de aprobar esto respecto á los testamentos, porque nada es válido en un testamento, cuando no es válido el mismo testamento, sino si de otra manera hubiere dejado á alguien el fideicomiso.

§ 2.—Aquellos á quienes se les puso interdicción en el agua y el fuego, y también los deportados, no pueden dejar un fideicomiso, porque no tienen derecho de hacer testamento, estando privados de ciudadanía.

§ 3.—Pero debemos entender por deportados

(5) sed valet fideicommissum, et si alias quis, Hal.

(6) item deportati, omitelas Hal.

quibus Princeps insulas adnotavit, vel de quibus deportandis scripsit. Ceterum, priusquam factum Praesidis comprobet, nondum amisisse quis civitatem videtur; proinde si ante decessisset, civis decessisse videtur, et fideicommissum, quod ante reliquerat, quam sententiam pateretur, valebit; sed et si post sententiam, antequam Imperator comprobet, valebit, quod factum est, quia certum statum usque adhuc habuit.

§ 4.—A Praefectis (1) vero praetorio, vel eo, qui vice Praefecti ex mandatis Principis cognoscet, item a Praefecto urbis deportatos, quia ei quoque epistola Divi Severi et Imperatoris nostri ius deportandi datum est, statim amittere civitatem; et ideo nec testamenti faciendi ius, nec fidei committendi constat habere.

§ 5.—Si quis plane in insulam deportatus codicillos ibi fecerit, et indulgentia Imperatoris restitutus iisdem codicillis durantibus decesserit, potest defendi, fideicommissum valere, si modo in eadem voluntate duravit.

§ 6.—Sciendum est autem, eorum fidei committi quem (2) posse, ad quos aliquid perventurum est morte eius, vel dum iis datur, vel dum iis non admittitur.

§ 7.—Nec tantum proximi bonorum possessoris, verum inferioris quoque fidei committere possumus.

§ 8.—Sed et eius, qui nondum natus est, fidei committi posse, si modo natus nobis successurus sit.

§ 9.—Illud certe indubitate dicitur, si quis intestatus decedens ab eo, qui primo gradu ei succedere potuit, fideicommissum reliquerit, si illo repudiante ad sequentem gradum devoluta sit successio, eum fideicommissum non debere; et. ita Imperator noster rescripsit.

§ 10.—Sed et si a patrono sit relictum, et aliquis ex liberis eius mortuo (3) admissus sit ad bonorum possessionem, idem erit dicendum.

2. GAIUS libro I. *Fideicommissorum*.—Ex filio praeterito, licet suus heres erit, fideicommissum relinqui non potest.

3. ULPIANUS libro I. *Fideicommissorum*.—Si mulier dotem stipulata fuerit, et accepto tulit marito in hoc dotem, ut fideicommissum det, dicendum est, fideicommissum deberi; percepisse enim aliquid a muliere videtur. Haec ita, si mortis causa donatura mulier marito fecit acceptum; sed et si mortis causa auxerit marito dotem, vel in matrimonium eius mortis causa redierit, potest dici, fideicommissum ab eo deberi.

§ 1.—Iulianus scribit, si servus mihi legatus sit, eumque manumittere rogatus sim, fideicommissum a me relinqui non posse, scilicet si pure roget (4); nam si sub conditione, vel in diem, pro-

aqueos á quienes el Príncipe destinó á las islas, ó respecto de los que escribió que debían ser deportados. Por lo demás, antes que apruebe el hecho del Presidente, no se considera que uno perdió la ciudadanía; por lo cual, si hubiese fallecido antes, se considera que falleció siendo ciudadano, y será válido el fideicomiso que había dejado antes que consintiese la sentencia; pero también será válido el que se hizo después de la sentencia, antes que el Emperador la apruebe, porque tuvo hasta entonces un estado cierto.

§ 4.—Mas los deportados por los Prefectos del Pretorio, ó por el que en lugar del Prefecto conociere en virtud de mandatos del Príncipe, y también por el Prefecto de la ciudad, porque también á éste se le dió por una carta del Divino Severo y de nuestro Emperador el derecho de deportar, pierden inmediatamente la ciudadanía; y es sabido que por esto no tienen ni el derecho de hacer testamento, ni el de dejar fideicomiso.

§ 5.—Mas si deportado alguien á alguna isla hubiere hecho en ella codicilos, y reintegrado por indulgencia del Emperador hubiere fallecido subsistiendo los mismos codicilos, se puede defender, que es válido el fideicomiso, si es que persistió en la misma voluntad.

§ 6.—Pero se ha de saber, que se puede hacer un fideicomiso á aquellos á quienes les ha de corresponder alguna cosa á la muerte del testador, ó dándosela, ó no quitándosela.

§ 7.—Y podemos encomendar un fideicomiso, no solamente á la fidelidad del próximo poseedor de los bienes, sino también á la de otro más lejano.

§ 8.—Pero también se puede encomendar á la fidelidad del que aun no ha nacido, si es que nacido hubiera de sucedernos.

§ 9.—Se dice ciertamente fuera de toda duda, que si al fallecer alguien intestado hubiere dejado un fideicomiso á cargo de quien pudo sucederle en primer grado, él no debe el fideicomiso, si repudiándolo él hubiera pasado la sucesión al segundo grado; y así lo respondió por rescripto nuestro Emperador.

§ 10.—Pero también se habrá de decir lo mismo, si hubiera sido dejado á cargo del patrono, y muerto él hubiera sido admitido alguno de sus hijos á la posesión de los bienes.

2. GAYO; *Fideicomisos*, libro I.—No se puede dejar un fideicomiso á cargo del hijo preterido, aunque fuere heredero suyo.

3. ULPIANO; *Fideicomisos*, libro I.—Si la mujer hubiere estipulado la dote, y le dió al marido por recibida la dote con este objeto, para que dé un fideicomiso, se ha de decir, que se debe el fideicomiso; porque se considera que recibió de la mujer alguna cosa. Esto así, si la mujer se la dió por recibida al marido, para hacer ella donación por causa de muerte; pero también se puede decir, que si por causa de muerte le hubiere aumentado al marido la dote, ó hubiere vuelto al matrimonio de este por causa de muerte, se debe por él el fideicomiso.

§ 1.—Escribe Juliano, que si se me hubiera legado un esclavo, y se me hubiera rogado que lo manumitiese, no se puede dejar el fideicomiso á mi cargo, á saber, si se me rogara puramente; porque

(1) Praefecto, Hal.

(2) quem, es considerada palabra superflua.

(3) eo, insertan Hal. Vulg.

(4) roget, Hal. Vulg.

pter fructum medii temporis posse me obligari, nec Iulianus dubitaret.

§ 2.—Si rem quis debeat ex stipulatu ei, cui (1) rem legaverit, fidei committere eius non poterit, licet ex legato commodum sentire videatur, quod dominium nanciscitur statim, nec expectat ex stipulatu actionem; fortassis quis dicat, et sumtum litis, quem sustineret, si ex stipulatione litigaret, eum lucrari; sed nequaquam dicendum est, huius fidei committi posse.

§ 3.—Sed et si habenti tibi proprietatem usumfructum mortis causa cesseró, potest dici, fidei committere me posse; nec quemquam moveat, quod ususfructus solet morte extinguí, nam medii potius temporis, quo vivat, qui donavit, commodum cogitemus.

§ 4.—Si autem pignus debitoris liberavero mortis causa, et eius fidei commiseró, non potest valere fideicommissum.

4. PAULUS libro IV. *Sententiarum*.—A patre vel domino relictum fideicommissum, si hereditas ei non quaeratur, ab emancipato filio vel servo manumisso utilibus actionibus postulatur; penes eos enim quaesitae hereditatis emolumentum remanet.

5. ULPIANUS libro I. *Fideicommissorum*.—Si fuerit municipio legatum relictum ab his, qui rem publicam gerunt, fideicommissum dari potest.

§ 1.—Si quis non ab herede, vel legatario, sed ab heredis, vel legatarii herede fideicommissum reliquerit, hoc valere benignum est.

6. PAULUS libro I. *Fideicommissorum*.—Sed et si sic fideicommissum dederó ab herede meo: «te rogo, Luci Titi, ut ab herede tuo petas dari Maevio decem aureos», utile erit fideicommissum, scilicet ut mortuo Titio ab herede eius peti possit; idque et Iulianus respondit.

§ 1.—Sic autem fideicommissum dari non poterit: «si Stichus Seii factus iussu eius hereditatem adierit, rogo, det», quoniam, qui fortuito, non iudicio testatoris, consequitur hereditatem, vel legatum, non debet onerari; nec recipiendum est (2), ut, cui nihil dederis, eum rogando obliges.

7. ULPIANUS (3) libro I. *Fideicommissorum*.—Si deportati servo fideicommissum fuerit adscriptum, ad fiscum pertinere dicendum est, nisi si eum deportatus vivo testatore alienaverit, vel fuerit restitutus; tunc enim ad ipsum debet pertinere.

§ 1.—Si miles deportato fideicommissum reliquerit, verius est, quod et Marcellus probat, capere (4) eum posse.

si bajo condición, ó á término, no dudaría Juliano que puedo ser obligado á causa de los frutos del tiempo intermedio.

§ 2.—Si alguien debiera en virtud de estipulación alguna cosa á aquel á quien le hubiere legado la cosa, no podrá encomendársela por fideicomiso, aunque parezca que en virtud del legado obtiene algún beneficio, porque adquiere inmediatamente el dominio, y no espera á la acción de la estipulación; y quizá diga alguno, que él gana también los gastos del litigio, que soportaría, si litigase en virtud de la estipulación; pero de ningún modo se ha de decir, que se le puede encomendar el fideicomiso.

§ 3.—Pero si á tí, que tienes la propiedad, te hubiere yo cedido por causa de muerte el usufruto, también se puede decir, que te puedo encomendar un fideicomiso; y no haga vacilar á nadie, que el usufruto se suele extinguir con la muerte, porque más bien atenderemos al beneficio del tiempo intermedio en que vive el que hizo la donación.

§ 4.—Mas si por causa de muerte hubiere yo liberado la prenda del deudor, y se la hubiere encomendado en fideicomiso, no puede ser válido este fideicomiso.

4. PAULO; *Sentencias, libro IV*.—El fideicomiso dejado á cargo del padre ó del señor, si no se adquiriese para él la herencia, se le reclama por las acciones útiles al hijo emancipado ó al esclavo manumitido; porque en poder de ellos queda el beneficio de la herencia adquirida.

5. ULPIANO; *Fideicomisos, libro I*.—Si á un municipio se le hubiere dejado un legado á cargo de los que administran la cosa pública, se les puede dar un fideicomiso.

§ 1.—Si alguno hubiere dejado un fideicomiso, no á cargo del heredero, ó del legatario, sino á cargo del heredero del heredero ó del legatario, es equitativo que sea válido.

6. PAULO; *Fideicomisos, libro I*.—Pero también si de este modo hubiere yo dado un fideicomiso á cargo de mi heredero: «te ruego, Lucio Ticio, que le pidas á tu heredero que se le dén á Maevio diez aureos»; será útil el fideicomiso, á saber, para que muerto Ticio, se le pueda pedir á su heredero; y esto respondió también Juliano.

§ 1.—Pero no se podrá dar un fideicomiso de este modo: «si Stico, habiendo sido hecho esclavo de Seyo, hubiere adido por su mandato la herencia, ruego que dé», porque el que fortuitamente, y no por voluntad del testador, consigue la herencia ó el legado, no debe ser gravado; y no se ha de admitir que al que nada le hayas dado lo obligues rogándole.

7. ULPIANO; *Fideicomisos, libro I*.—Si se le hubiere asignado un fideicomiso al esclavo de un deportado, se ha de decir, que le pertenece al fisco, salvo si el deportado hubiere enajenado el esclavo viviendo el testador, ó él hubiere sido restituido; porque entonces le deberá pertenecer á él mismo.

§ 1.—Si el militar le hubiere dejado un fideicomiso á un deportado, es más cierto, lo que también aprueba Marcelo, que él puede adquirirlo.

(1) *Taur. según la escritura original; eique, por ei, cui, corrección del código Fl., Br.*

(2) *Taur. al márgen; esse, en el texto.*

(3) *Idem, Hal.*

(4) *Taur.; carere, el código Fl., Br.*

§ 2.—Si quis creditori suo legaverit id, quod debet, fidei committi eius non poterit, nisi commodum aliquod ex legato consequatur, forte exceptionis timore, vel si quid (1) in diem debitum fuit, vel sub conditione (2).

8. PAULUS libro I. *Fideicommissorum*.—Si legatarius, a quo fideicommissum datum est, petierit legatum, id tantum, quod per iudicem exegerit, praestare fideicommissario cogetur, vel, si non exegerit, actione (3) cedere; ad eum enim litis periculum spectare iniquum est, si non culpa legatarii lis perierit.

§ 1.—Servo heredis fideicommissum utiliter non relinquitur, nisi fidei eius commiserit, ut servum manumittat.

§ 2.—Quum ita petiisset testator, ut, quidquid ex bonis eius ad patrem pervenisset, filiae suae ita restitueret, ut eo amplius haberet, quam ex bonis patris habitura esset, Divus Pius rescripsit, manifestum esse, de eo tempore sensisse testatorem, quod post mortem patris futurum esset.

i

9. MAECIANUS libro I. *Fideicommissorum*.—Si ita fuerit fideicommissum relictum: «ad quemcunque ex testamento meo, vel ab intestato», vel ita: «ad quemcunque quoquo iure bona mea perveniant», hac oratione et eius, qui postea natus erit, inve familiam venerit, et eius, qui postea cognatus esse coeperit, fidei commissum videtur; eius quoque, quae nondum nupta erit, sed postea, eo casu, quo ex Edicto ad uxorem bona mariti intestati solent pertinere.

10. VALENS libro II. *Fideicommissorum*.—Si tibi, et ei, qui ex tribus liberis meis in funus meum venerit, centum aureos legavero, non minuitur in tua persona legatum, si nemo venit.

11. ULPIANUS libro II. *Fideicommissorum*.—Fideicommissa quocunque sermone relinqui possunt; non solum latina vel graeca, sed etiam punica vel gallicana, vel alterius cuiuscunque gentis (4).

§ 1.—Quoties quis exemplum testamenti praeparat, et prius decedat, quam testetur, non valent (5) quasi ex codicillis, quae in exemplo scripta sunt, licet verba fideicommissi scriptura habeat (6); et ita Divus Pius decrevisse Maecianus scribit.

§ 2.—Si ita quis scripserit: «illum tibi commendo», Divus Pius rescripsit, fideicommissum non deberi; aliud est enim personam commendare, aliud voluntatem suam fideicommittentis hereditibus insinuare.

§ 3.—Quum esset quis rogatus restituere portionem accepta certa quantitate, responsum est, ultro petere ipsum fideicommissum ab herede posse. Sed utrum, si volet, praecipiet (7) restituetque portionem, an vero et si noluerit, cogatur accepta

§ 2.—Si alguien le hubiere legado á su acreedor lo que le debe, no se le podrá encomendar á éste un fideicomiso, si no obtuviera del legado algún provecho, acaso por temor de la excepción, ó si se debió alguna cosa á término, ó bajo condición.

8. PAULO; *Fideicomisos, libro I*.—Si el legatario, á cuyo cargo se dió un fideicomiso, hubiere pedido el legado, será obligado á entregarle al fideicomisario solamente lo que por medio del juez hubiere exigido, ó á ceder la acción, si no lo hubiere exigido; porque es injusto que le afecte la pérdida del litigio, si el litigio no se hubiere perdido por culpa del legatario.

§ 1.—No se le deja útilmente un fideicomiso al esclavo del heredero, si no se hubiere encomendado á la fidelidad de éste que manumita al esclavo.

§ 2.—Habiendo pedido el testador, que todo lo que de sus bienes hubiese ido á poder de su padre, lo restituyera á su hija, para que con ello tuviese más de lo que de los bienes de su padre habria de tener ella, respondió por rescripto el Divino Pio, que es evidente que el testador se refirió á aquel tiempo, que hubiese de venir después de la muerte del padre.

9. MECIANO; *Fideicomisos, libro I*.—Si así se hubiere dejado un fideicomiso: «á cualquiera que por mi testamento,» ó «abintestato,» ó de este modo: «á cualquiera que por cualquier derecho vayan mis bienes.» con esta cláusula, se considera que se encomendó el fideicomiso así á la fé del que después hubiere nacido, ó ingresado en la familia, como á la del que después hubiere comenzado á ser cognado; y también á la de aquella que aun no se hubiere casado, sino que se casare después, en este caso, en el que por virtud del Edicto le suelen pertenecer á la mujer los bienes del marido intestado.

10. VALENTE; *Fideicomisos, libro II*.—Si á ti, y al que de mis tres hijos hubiere ido á mis funerales, os hubiere legado yo cien aureos, no se disminuye en tu persona el legado, si ninguno fué.

11. ULPIANO; *Fideicomisos, libro II*.—Los fideicomisos pueden ser dejados con cualquier lenguaje; no solamente en lengua latina ó griega, sino también en la púnica ó gala, ó en la de otra cualquier nación.

§ 1.—Cuando alguien prepara la minuta de un testamento, y fallece antes que teste, no vale como por codicilo lo que se escribió en la minuta, aunque la escritura tenga las palabras de fideicomiso; y escribe Meciano, que así lo decretó el Divino Pio.

§ 2.—Si alguno hubiere escrito así: «te recomiendo á aquel,» respondió por rescripto el Divino Pio, que no se debe un fideicomiso; porque una cosa es recomendar á una persona, y otra insinuarles á los herederos del fideicomitente la propia voluntad.

§ 3.—Cuando á alguno se le hubiese rogado que restituya una porción habiendo recibido cierta cantidad, se respondió, que á voluntad puede pedirle al heredero el mismo fideicomiso. Pero es objeto de propia deliberación, si tomará previamente y res-

(1) Hal.; quod, el código Fl.

(2) Hal. Vulg.; conditionem, el código Fl.

(3) actionem, Hal.

(4) lingua, inserta Hal.

(5) Taur.; valet, el código Fl.

(6) scripta habeant, Hal.

(7) percipiat restituatque, Hal.

quantitate portionem restituere, propriae est deliberationis. Et sane quum quis rogatur, accepta certa quantitate portionem restituere, duplex est fideicommissum, unum, ut possit petere quantitatem paratus portione cedere, aliud, ut, etsi non petet, tamen cogatur fideicommissario restituere parato praestare quantitatem.

§ 4.—Si quis ita scripserit: «sufficiant (1) tibi vineae, vel fundus», fideicommissum est, quoniam et illud fideicommissum esse arbitramur: «contentus esto illa re».

§ 5.—Sic fideicommissum relictum: «nisi heres meus noluerit, illi decem dari volo», quasi conditionale fideicommissum est, et primam voluntatem exigit; ideoque post primam voluntatem non erit arbitrium heredis dicendi noluisse.

§ 6.—Hoc autem legatum: «quum voluerit», tractum habet, quamdiu vivat is, a quo fideicommissum relictum est; verum si, antequam dederit, decesserit, heres eius praestat. Sed et si fideicommissarius, antequam heres constituat, decesserit, ad heredem suum nihil transtulisse videtur; conditionale enim esse legatum, nemini dubium est, et pendente conditione legati videri decessisse fideicommissarium.

§ 7.—Quamquam autem fideicommissum ita relictum non debeatur: «si volueris», tamen si ita adscriptum fuerit: «si fueris arbitratus, si putaveris, si aestimaveris (2), si utile tibi fuerit visum, vel videbitur», debetur; non enim plenum arbitrium voluntatis heredi dedit, sed quasi viro bono commissum (3) relictum.

§ 8.—Proinde si ita sit fideicommissum relictum: «illi, si demeruerit (4)», omnimodo fideicommissum debetur, si modo meritum quasi apud virum bonum collocare fideicommissarius potuit. Et si ita sit: «si te non offenderit», aequo debetur; nec poterit heres causari, non esse meritum, si alius vir bonus et non infestus meritum potuit admittere.

§ 9.—Haec verba: «te filii rogo, ut praedia, quae ad te pervenerint, pro tua diligentia diligas, et curam eorum agas, ut possint ad filios tuos pervenire», licet non satis expriment fideicommissum, sed magis consilium, quam necessitatem relinquendi, tamen ea praedia in nepotibus post mortem patris eorum vim fideicommissi videntur continere.

§ 10.—Si filio a patre herede instituto fideicommissum relictum fuerit, etsi verbis non sit ita relictum, quum pater moreretur, sed intelligi hoc possit (5), puta quia sic relictum est, ut relinquat filio, vel: «volo eum habere», vel: «volo ad eum pertinere», defendetur in id tempus fideicommissum relictum, quo sui iuris filius efficitur.

§ 11.—Si cui ita fuerit fideicommissum reli-

tituirá la porción, si quisiera, ó si será obligado á restituir la porción, aun si no hubiere querido, habiendo recibido la cantidad. Y á la verdad, cuando á alguien se le ruega que restituya una porción habiendo recibido cierta cantidad, hay dos fideicomisos, uno, para que pueda pedir la cantidad estando dispuesto á ceder la porción, otro, para que, aunque no la pidiere, sea, sin embargo, obligado á hacerle la restitución al fideicomisario que esté dispuesto á entregar la cantidad.

§ 4.—Si alguno hubiere escrito de este modo: «bástente las viñas, ó el fundo», hay fideicomiso, porque consideramos que también esto es fideicomiso: «conténtate con tal cosa».

§ 5.—El fideicomiso dejado de este modo: «á no ser que no quisiera mi heredero, quiero que se den diez á aquel», es un fideicomiso casi condicional, y exige la primera voluntad; y por lo tanto, después de la primera voluntad no estará al arbitrio del heredero decir que no quiso.

§ 6.—Mas este legado: «cuando quisiera», tiene duración mientras viva aquel á cuyo cargo se dejó el fideicomiso; pero si antes que lo hubiere dado hubiere fallecido, lo paga su heredero. Pero si el fideicomisario hubiere fallecido antes que el heredero determine, se considera que no transfirió nada á su heredero; porque para nadie es dudoso, que es un legado condicional, y que parece que el fideicomisario falleció estando pendiente la condición del legado.

§ 7.—Mas aunque no sea debido un fideicomiso así dejado: «si quisieras», sin embargo, si hubiere sido escrito de este modo: «si lo hubieres determinado, si lo juzgares, si lo estimares, si te hubiere parecido útil, ó si te pareciere», se deberá; porque no le dió al heredero el pleno arbitrio de la voluntad, sino que fué dejado como encomendado á un hombre bueno.

§ 8.—Por consiguiente, si el fideicomiso hubiere sido dejado así: «á aquel, si lo hubiere merecido», se deberá de todos modos el fideicomiso, si es que el fideicomisario pudo atribuir mérito como á juicio de hombre bueno. Y si de esta manera: «si no te hubiere ofendido», se deberá igualmente; y no podrá el heredero alegar que no fué merecido, si otro hombre bueno y no enemigo pudo admitir que fué merecido.

§ 9.—Por estas palabras: «te ruego, hijo mío, que estimes con tu diligencia los predios que fueren á tu poder, y que tengas cuidado de ellos, para que puedan pasar á tus hijos», aunque no expresan suficientemente un fideicomiso, sino más bien un consejo, que la necesidad de dejarlos, se considera, sin embargo, que estos predios tienen fuerza de fideicomiso á favor de los nietos después de la muerte del padre de éstos.

§ 10.—Si á un hijo se le hubiere dejado un fideicomiso á cargo de su padre instituido heredero, aunque con las palabras no se le haya dejado de este modo, cuando muera el padre, sino que se pueda entender esto, por ejemplo, porque fué dejado así, para que lo deje al hijo, ó, «quiero que él lo tenga», ó, «quiero que á él le pertenezca», se defiende que el fideicomiso fué dejado para el tiempo en que el hijo se hace de propio derecho.

§ 11.—Si á alguno le hubiere sido dejado de este

(1) *La Vulg.*: sufficiunt, el *códice Fl.*

(2) *existimaveris, Hul.*

(3) *fideicommissum, Hul. Vulg.*

(4) *Hul.*: si te meruerit, el *códice Fl.*; si de te meruerit, *conjetura Br. según el fr. 77. § 25. D. XXXI.*

(5) *Tour. según la escritura original; sed ut intelligi non pos. it. corrección del códice Fl., Br.*

ctum: «si morte patris sui iuris fuerit effectus», et emancipatione sui iuris factus sit, non videri defecisse conditionem; sed et quum mors patri contingat, quasi extante conditione ad fideicommissum admittetur.

§ 12.—Si rem suam testator legaverit, eamque necessitate urgente alienaverit, (1) fideicommissum peti posse, nisi probetur, adimere ei testatorem voluisse, probationem autem mutatae (2) voluntatis ab heredibus exigendam.

§ 13.—Ergo et si nomen quis debitoris exegerit, quod per fideicommissum reliquit, non tamen hoc animo, quasi vellet extinguere fideicommissum, poterit dici, deberi, nisi forte inter haec interest; hic enim extinguitur ipsa constantia (3) debiti, ibi res durat, tametsi alienata sit. Quum tamen quidam nomen debitoris exegisset, et pro deposito pecuniam habuisset, putavi (4), fideicommissi petitionem superesse, maxime quia non ipse exegerat, sed debitor ultro pecuniam obtulerat, quam offerente ipso non potuit (non) accipere. Paulatim igitur admittemus, etsi ex hac parte pecuniae rem comparaverit, quam non hoc animo exegit, ut fideicommissarium privaret fideicommissio, posse adhuc fideicommissi petitionem superesse.

§ 14.—Si quis illicite aedificasset, id est hoc, quod dirui Constitutiones iubent, an fideicommissum relinquere ex eo quis possit, videamus; et puto, posse, quum enim dirui necesse sit, nulla dubitatio est, quin Senatusconsultum impedimento non sit.

§ 15.—Si heres rogatus sit, certam summam usuris certis foenori dare, utile est fideicommissum; sed Maecianus putat, non alias cogendum credere, quam (5) idonee ei caveatur; sed ego proclivior sum, ut putem cautionem non exigendam.

§ 16.—Si servo alieno militia relinquatur, an domino quaeratur legatum, quaeritur. Et aut scit servum esse, et dico aestimationem deberi, aut ignoravit, et denegari fideicommissi persecutio debet, quia, si sciisset servum, non reliquisset.

§ 17.—Ex his apparet, quum per fideicommissum aliquid relinquatur, ipsum praestandum, quod relictum est, quum vero ipsum praestari non potest, aestimationem esse praestandam.

§ 18.—Si quis decem alicui per fideicommissum reliquerit, et, si perdidisset id, quod testamento relictum est, rursus ei reliquerit, quaerebatur, an sequens fideicommissum valeat, vel an exigere heres debeat cautionem, salva fore decem, ne cogatur ad praestationem, et an, si saepius perdidisset, saepius ei sarciretur fideicommissum. Divus Pius rescripsit, neque cautionem exigendam, et non amplius, quam semel, postquam perdidisset, praestandum; non enim onerandus est heres, ut in infinitum, quoties perdidisset, restituere ei tantundem debeat, sed ut per fideicommissum posterius duplicata eius legata videantur, nec amplius ad

modo un fideicomiso: «si por muerte de su padre se hubiere hecho de propio derecho», y por la emancipación se hubiera hecho de propio derecho; no se considera que faltó la condición; sino que también cuando llegue la muerte del padre será admitido al fideicomiso, como si se hubiese cumplido la condición.

§ 12.—Si el testador hubiere legado una cosa suya, y la hubiere enajenado por urgente necesidad, se puede pedir el fideicomiso, á no ser que se pruebe que el testador quiso quitárselo, pero habiéndoseles de exigir á los herederos la prueba de haberse cambiado de voluntad.

§ 13.—Luego también si alguno hubiere cobrado el crédito de un deudor, que dejó por fideicomiso, pero no con esta intención, como si quisiera extinguir el fideicomiso, se podrá decir que se debe, á no ser acaso que entre estos casos haya diferencia; porque en este se extingue la misma constancia de la deuda, y en el otro subsiste la cosa, aunque haya sido enajenada. Mas cuando uno hubiese cobrado el crédito de un deudor, y hubiese tenido el dinero en depósito, opiné que subsistía la petición del fideicomiso, mayormente si él mismo no lo había exigido, sino que el deudor había ofrecido voluntariamente el dinero, que, ofreciéndolo él, no pudo dejar de recibir. Así, pues, paulatinamente admitiremos, que aunque hubiere comprado una cosa con esta parte de dinero, que no cobró con la intención de privar del fideicomiso al fideicomisario, puede subsistir todavía la petición del fideicomiso.

§ 14.—Si alguno hubiese edificado ilícitamente, esto es, lo que las Constituciones mandan que se derribe, veamos si podrá alguien dejar de ello un fideicomiso; y opino, que puede, porque como es necesario que se derribe, no hay duda alguna que no sirve de impedimento el Senadoconsulto.

§ 15.—Si al heredero se le hubiera rogado, que diese cierta suma en préstamo á determinado interés, es útil el fideicomiso; pero opina Meciano, que no ha de ser obligado á prestarla de otro modo, sino si se le diera suficiente caución; pero yo estoy más inclinado á pensar que no se ha de exigir caución.

§ 16.—Si á un esclavo ajeno se le dejara un cargo en una milicia, se pregunta si se adquirirá para su señor el legado. Y ó sabe que es esclavo, y digo que se debe la estimación, ó lo ignoró, y se debe denegar la reclamación del fideicomiso, porque si hubiese sabido que era esclavo, no lo habría dejado.

§ 17.—Resulta de esto, que cuando se deja alguna cosa por fideicomiso, se ha de entregar lo mismo que se dejó, pero que cuando no se puede entregar lo mismo, se ha de dar su estimación.

§ 18.—Si uno le hubiere dejado á otro diez por fideicomiso, y, si hubiese perdido lo que se dejó en el testamento, se lo hubiere dejado de nuevo, se preguntaba, si será válido el segundo fideicomiso, ó si el heredero deberá exigir caución de que habrán de quedar á salvo los diez, para que no sea obligado á la prestación, y si en el caso de que los hubiese perdido más veces, se le resarcirá más veces el fideicomiso. El Divino Pio respondió por rescripto, que no se ha de exigir caución, y que no se han de entregar más de una vez después que los hubiese perdido; porque no ha de ser gravado el heredero, para que indefinidamente, mientras los

(1) Maecianus putat, inserta Hal.

(2) mutatae, se considera añadida por antiguos copistas.

(3) substantia, otros en Hal.

(4) putavit, Hal.

(5) si, inserta la Vulg.

periculum heredis pertineant, si quid postea is consumserit, exsoluto et posteriore fideicommissio.

§ 19.—Item si quis certam quantitatem cui reliquerit, et addiderit, facilius hanc summam posse compensari, quum debitor sit fideicommissarius ex causa hereditatis Caii Seii, nec velit ille hereditatem adire Caii Seii, sed petat fideicommissum, Imperator noster, contra voluntatem eum testantis petere fideicommissum, rescripsit, quum in fideicommissis praecipue spectanda servandaque sit testatoris voluntas.

§ 20.—Plerumque evenit, multorum interesse id, quod relinquitur, verum testatorem uni voluisse honorem habitum; et est haec sententia Marcelli verissima.

§ 21.—Sic evenit, ut interdum, si pluribus testator honorem habere voluit, et de pluribus sensit, quamvis unum legatum sit, tamen ad persecutionem eius plures admittantur, ut puta si decem fuerunt eiusdem rei stipulandi, et heres vel fideicommissarius rogatus est, ut iis solveret; hic enim, si omnium interest, et de omnibus sensit testator, fideicommissum relictum omnes petere poterunt (1). Sed utrum in partem agent, an in solidum, videamus; et credo, prout cuiusque interest, consequentur. Unus igitur, qui occupat, agendo totum consequitur, ita ut caveat, defensum iri adversus ceteros fideicommissarios eum, qui solvit, sive socii sunt, sive non.

§ 22.—Interdum alterius nomen scribitur in testamento, alteri vero fideicommissi petitio, vel legati competit, ut puta si fidei heredis committatur, ut ipse publicum (2) pro Titio praestet; fideicommissum hoc vel legatum non publicanus petit, licet ei sit adscriptum, sed ipse petere poterit, pro quo legatum relictum est. Multum autem interesse arbitror, cui volet (3) prospectum, cuiusque contemplatione testator fecerit; plerumque autem intelligendum est, privati causa hoc fecisse, licet emolumentum publicano quaeratur.

§ 23.—Si in opere civitatis faciendo aliquid relictum sit, unumquemque heredem in solidum teneri, Divus Marcus et Lucius Verus Proculae rescripserunt; tempus tamen coheredi praestituerunt, intra quod mittat ad opus faciendum, post quod solam Proculam voluerunt facere, imputaturam coheredi sumtum pro parte eius.

§ 24.—Ergo et in statua, et in servitute ceterisque, quae divisionem non recipiunt, idem Divus Marcus rescripsit.

§ 25.—Si quis opus facere iussus paratus sit pecuniam dare Reipublicae, ut ipsa faciat, quum testator per ipsum id fieri voluerit, non audietur; et ita Divus Marcus rescripsit.

perdiere, deba entregarle otros tantos, sino para que por el fideicomiso posterior se considere duplicado su legado, y nada más vaya á riesgo del heredero, si aquel hubiere consumido después alguna cosa, habiendo sido pagado también el segundo fideicomiso.

§ 19.—Igualmente, si uno le hubiere dejado á otro cierta cantidad, y hubiere añadido que esta suma se podía compensar más fácilmente siendo el fideicomisario deudor por causa de la herencia de Cayo Seyo, y no quisiere él adir la herencia de Cayo Seyo, pero pidiese el fideicomiso, respondió por rescripto nuestro Emperador, que él pide el fideicomiso contra la voluntad del testador, porque principalmente en los fideicomisos se ha de ver y cumplir la voluntad del testador.

§ 20.—Sucede muchas veces, que interesa á muchos la cosa que se deja, pero que el testador quiso que se favoreciese á uno solo; y es muy verdadera esta opinión de Marcelo.

§ 21.—Y así acontece, que á veces, si el testador quiso que se beneficiase á muchos, y se refirió á muchos, aunque haya sido legada una sola cosa, sean, no obstante, admitidos muchos á su reclamación, como por ejemplo, si fueron diez los que estipularon la misma cosa, y se le rogó al heredero ó al fideicomisario que la entregase á ellos; porque en este caso, si les interesa á todos, y el testador se refirió á todos, todos podrán pedir el fideicomiso dejado. Pero veamos, si ejercitarán la acción por una parte ó por la totalidad; y creo, que conseguirán conforme á cada cual le interesa. Así, pues, el único, que lo ocupa, ejercitando la acción lo consigne todo, con tal que dé caución de que el que pagó será defendido contra los demás fideicomisarios, sean, ó no, consocios.

§ 22.—A veces se escribe en el testamento el nombre de uno, pero le compete á otro la reclamación del fideicomiso ó del legado, como, por ejemplo, si se encomendase á la fidelidad del heredero que él mismo pague por Titio el tributo público; este fideicomiso ó legado no lo pide el publicano, aunque á él se le haya dejado, pero podrá pedirlo el mismo por cuyo interés fué dejado el legado. Pero juzgo que importa mucho saber, por quién quiso mirar, y por contemplación de quién lo haya hecho el testador; pero las más de las veces se ha de entender, que esto lo hizo por causa de un particular, aunque se adquiriera emolumento para el publicano.

§ 23.—Si se hubiera dejado alguna cosa para hacer una obra para la ciudad, le respondieron por rescripto el Divino Marco y Lucio Vero á Prócula, que cada heredero está obligado por la totalidad; pero le concedieron al coheredero tiempo dentro del que envíe á hacer la obra, después del cual quisieron que la hiciera solamente Prócula, la cual había de imputarle al coheredero el gasto con arreglo á su parte.

§ 24.—En su consecuencia, lo mismo respondió por rescripto el Divino Marco respecto á una estatua, y á una servidumbre, y á las demás cosas, que no admiten división,

§ 25.—Si aquel á quien se le mandó hacer una obra estuviera dispuesto á darle el dinero á la República, para que ella misma la haga, habiendo querido el testador que por él mismo se hiciera, no será oído; y así lo respondió por rescripto el Divino Marco.

(1) *Hal. Vulg.*; potuerunt, el código *Fl.*

(2) Esto es, vectigal, según el fr. 1. § 1. *D. de publicanis etc. XXXIX. 4.*; publicano, *Hal.*

(3) voluit, al margen interior del código *Fl.*

**12. VALENS (1) libro I. Fideicommissorum.**—«Stichus liber esto, et ut eum heres artificium doceat, unde se tueri possit, peto»; Pegasus inutile fideicommissum esse ait, quia genus artificii adiectum non esset; sed Praetor, aut arbiter ex voluntate defuncti, et aetate, et conditione, et natura ingenioque eius, cui relictum erit, statuet, quod potissimum artificium heres docere eum sumtibus suis debeat.

**13. MAECIANUS libro II. Fideicommissorum.**—Si sic locutus erit testator: «heres meus illi fundo dato, Seio hoc amplius decem», non erit dubitandum, quin Seius et fundi partem, et decem ex testamento percipere debeat.

**14. GAIVS libro I. Fideicommissorum.**—Non dubium est, quin, si uxori legatum sit: «si non nupserit», idque alii restituere rogata sit, cogenda sit (2), si nupserit, restituere.

§ 1.—Heres quoque, cui iurisiurandi conditio remittitur, legatum et fideicommissum debet.

§ 2.—Sed si cui legatum relictum est, ut alienam rem redimat, vel praestet, si redimere non possit, quod dominus non vendat, vel immodico pretio vendat, iustam aestimationem inferat.

**15. MAECIANUS libro II. Fideicommissorum (3).**—Hae res testatoris legatae, quae in profundo esse dicuntur, quandoque apparuerint, praestantur.

**16. POMPONIVS (4) libro I. Fideicommissorum.**—Saepe legatum plenus restituitur fideicommissario, quam esset relictum, veluti si alluvione ager auctus esset, vel etiam insulae natae.

**17. MAECIANUS (5) libro II. Fideicommissorum.**—Etiam ea, quae futura sunt, legari possunt, ut insula vel in mari (6), vel in fluminibus enata.

§ 1.—Servitus quoque servo (7) praedium habenti recte legatur.

**18. POMPONIVS libro I. Fideicommissorum.**—Si iure testamento facto fideicommissum tibi reliquero, deinde postea aliud fecero non iure, in quo fideicommissum relictum tibi vel aliud, quam quod priore testamento, vel omnino non sit relictum, videndum est, mens mea haec fuerit facientis postea testamentum, ut nolim, ratum tibi sit priore testamento relictum, quia nuda voluntate fideicommissa infirmarentur. Sed vix id obtinere potest, fortassis ideo, quod ita demum a priore testamento velim recedi, si posterius valiturum sit; et nunc ex posteriore testamento fideicommissum ei non debetur, etiamsi iidem heredes utroque testamento instituti ex priori extiterunt.

**12. VALENTE; Fideicomisos, libro I.**—«Sea libre Stico, y pido que mi heredero le enseñe un oficio con el cual pueda mantenerse»; Pegaso dice, que es inútil este fideicomiso, porque no se agregó la clase de oficio; pero el Pretor, ó el árbitro determinará por la voluntad del difunto, y por la edad, condición, naturaleza é ingenio de aquel á quien se hubiere dejado, el oficio, que mejor deberá enseñarle á su costa el heredero.

**13. MECIANO; Fideicomisos, libro II.**—Si el testador hubiere hablado así: «déle mi heredero un fundo á aquel, y además de esto diez á Seyo», no se habrá de dudar que Seyo deberá percibir en virtud del testamento parte del fundo y los diez.

**14. GAYO; Fideicomisos, libro I.**—No es dudoso, que si á una mujer se le hubiera legado así: «si no se hubiere casado», y se le hubiese rogado que restituya á otro la cosa, ha de ser obligada á restituirla, si se hubiere casado.

§ 1.—También el heredero, á quien se le remite la condición del juramento, debe el legado y el fideicomiso.

§ 2.—Pero si á alguien se le dejó un legado, para que compre una cosa ajena, ó la entregue, si no pudiera comprarla, porque no la vendiera su dueño, ó la vendiese por precio immoderado, pague su justa estimación.

**15. MECIANO; Fideicomisos, libro II.**—Legadas las cosas del testador, que se dice que están en lo profundo del mar, se entregarán siempre que aparecieren.

**16. POMPONIO; Fideicomisos, libro I.**—Muchas veces se le entrega al fideicomisario el legado más pleno de lo que fué dejado, por ejemplo, si por aluvión se hubiese aumentado el campo, ó también si hubiesen surgido islas.

**17. MECIANO; Fideicomisos, libro II.**—También se pueden legar las cosas que son futuras, como la isla que surja en el mar, ó en los ríos.

§ 1.—También se lega válidamente una servidumbre al esclavo que tiene un predio.

**18. POMPONIO; Fideicomisos, libro I.**—Si en testamento hecho legalmente te hubiere yo dejado un fideicomiso, y después yo hubiere hecho otro no con arreglo á derecho, en el que se te haya dejado un fideicomiso, ú otra cosa distinta de la que en el primer testamento, ó no se te haya dejado absolutamente ninguna, se ha de ver, si al hacer yo después testamento haya sido esta mi intención, la de no querer que sea ratificado lo que se te dejó en el primer testamento, porque los fideicomisos se invalidan por la nula voluntad. Pero apenas puede prevalecer esto, acaso porque solamente quería yo que se desistiera del primer testamento, si hubiera de ser válido el segundo; y en el caso presente no se le debe el fideicomiso en virtud del testamento posterior, aunque en ambos testamentos fueron instituidos herederos los mismos que en el primero.

(1) Caius, Hal.; Paulus, la Vulg.

(2) Hal. Vulg.; est, el código Fl.

(3) Taur. según corrección del código Fl.; Marcianus libro primo fideicommissorum, la escritura original, Br.; Martianus, Hal.; Marcellus, la Vulg.

(4) Taur. según corrección del código Fl.; Papinianus, la escritura original, Br.

(5) Taur. según corrección del código Fl.; Marcianus, la escritura original, Br.

(6) Hal.; mare, el código Fl.

(7) servo, omisión otras en Hal.



**19. VALENS (1) libro V. Fideicommissorum.**—Si tibi legatum est vel fideicommissum relictum, uti quid facias, etiam si non interest heredis id fieri, negandam tibi actionem, si non caveas heredi futurum, quod defunctus voluit, Nerva et Attilicinus recte putaverunt.

**20. ULPIANUS (2) libro VI. Fideicommissorum.**—Si res mihi per fideicommissum relicta eadem tibi legata, vel per fideicommissum relicta sit, non communicandi animo, sed utriusque in solidum, ambigendum non est, si alteri sit soluta, alterum nullum quidem ius in ipsam rem habere, sed actionem de pretio integram eum habere.

**21. PAULUS libro IV. Sententiarum.**—Nutu etiam relinquatur fideicommissum, dummodo is nutu relinquat, qui et loqui potest, nisi superveniens morbus ei impedimento sit.

§ 1.—Fideicommissum relictum, et apud eum, cui relictum est, ex causa lucrativa inventum, extingui placuit, nisi defunctus aestimationem quoque eius praestari voluit.

§ 2.—Columnis aedium vel tignis per fideicommissum relictis ea tantummodo amplissimus ordo praestari voluit nulla aestimationis facta mentione, quae sine domus iniuria auferri possunt.

**22. HERMOGENIANUS (3) libro IV. Iuris Epitomarum.**—Si quis in principio testamenti adscripserit: «cui bis legavero, semel deberi volo», postea eodem testamento vel codicillis sciens saepe eidem legaverit, suprema voluntas potior habetur; nemo enim eam sibi potest legem dicere, ut a prioribus ei recedere non liceat. Sed hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit, prioris voluntatis se (4) poenituisse, et voluisse, ut legatarius plura legata accipiat.

§ 1.—Miles, in eum ex militari delicto capitali dicta sententia, permittente eo in ipsa sententia, qui damnavit, sicut testamenti faciendi, ita fideicommissi relinquendi potestatem consequitur.

§ 2.—Mortis damnum per fideicommissum servi relictum, antequam (5) mora fiat, fideicommissarius solus patitur, licet alienus relinquatur (6).

**23. PAULUS libro V. Sententiarum.**—Ex imperfecto testamento legata vel fideicommissa Imperatorem vindicare, inverecundum (7) est; decet enim tantae maiestati, eas servare leges, quibus ipse solutus esse videtur.

**24. NERATIUS (8) libro II. Responsorum.**—Creditori ita potest legari, ne indebitum ab eo repetatur.

**19. VALENTE; Fideicomisos, libro V.**—Si se te hizo un legado ó se te dejó un fideicomiso para que hagas alguna cosa, aunque nada le importa al heredero que se haga ésta, con razón juzgaron Nerva y Attilicino que se te ha de denegar la acción, si no le dieras caución al heredero de que se hará lo que quiso el difunto.

**20. ULPIANO; Fideicomisos, libro VI.**—Si habiéndoseme dejado alguna cosa por fideicomiso, se te hubiera legado ó dejado la misma por fideicomiso, no con intención de hacerla común, sino por entero á ambos, no se ha de dudar, que si hubiese sido dada á uno, no tiene ciertamente el otro ningún derecho sobre la misma cosa, pero que tiene íntegra la acción por el precio.

**21. PAULO; Sentencias, libro IV.**—También por señas se deja un fideicomiso, con tal que lo deje por señas el que también puede hablar, á no ser que le sirva de impedimento enfermedad que le haya sobrevenido.

§ 1.—Se determinó que se extinguiese el fideicomiso dejado, también si se halló por causa lucrativa en poder de aquel á quien se le dejó, á no ser que el difunto haya querido que se pague también su estimación.

§ 2.—Habiéndose dejado por fideicomiso las columnas ó las vigas de una casa, quiso la muy alta corporación que sin haberse hecho ninguna mención de la estimación se entregasen solamente las que se pueden retirar sin detrimento de la casa.

**22. HERMOGENIANO; Epítome del Derecho, libro IV.**—Si alguien hubiere escrito al principio de su testamento: «quiero que al que yo hubiere legado dos veces se le deba una sola», y después le hubiere legado á sabiendas muchas veces al mismo en el mismo testamento ó por codicilos, se considera preferente la última voluntad; porque nadie puede establecer para sí mismo la ley de que no le sea lícito separarse del primero. Pero esto tendrá lugar de este modo, si especialmente hubiere declarado que se arrepintió de su primera voluntad, y que quiso que el legatario recibiera muchos legados.

§ 1.—El militar, habiéndose pronunciado contra él la sentencia capital por delito militar, permitiéndolo en la misma sentencia el que lo condenó, adquiere, así como la facultad de hacer testamento, también la de dejar un fideicomiso.

§ 2.—El perjuicio de la muerte del esclavo dejado por fideicomiso, antes que se cause mora, lo sufre sólo el fideicomisario, aunque se deje uno ajeno.

**23. PAULO; Sentencias, libro V.**—Es indecoroso que el Emperador reivindique en virtud de un testamento imperfecto legados ó fideicomisos; porque cuadra á tanta majestad observar las leyes de que él considera que está exento.

**24. NERACIO; Respuestas, libro II.**—A un acreedor se le puede legar, que no se repita de él lo no debido.

(1) *Taur.* según corrección del código *Fl.*; Clemens, la escritura original, *Br.*

(2) *Taur.* según corrección del código *Fl.*; Papinianus, la escritura original, *Br.*

(3) Hermogenes, la *Vulg.*

(4) *Hal. Vulg.*; sibi, el código *Fl.*

(5) *Taur.*; antequam, conjetura *Br.*, pues según el código *Fl.* se lee antequam.

(6) *Taur.*; relinquatur, conjetura *Br.*, leyéndose según el código *Fl.*: relinquatur.

(7) *verecundum*, la *Vulg.*

(8) Terentius, *Hal.*

**25. PAULUS libro I. ad Neratium.**—Ille, aut ille heres Seio centum dato; potest Seius, ab utro velit, petere.

§ 1.—Quum in verbis nulla ambiguitas est, non debet admitti voluntatis quaestio.

**26. IDEM libro II. ad Neratium.**—Is, qui fideicommissum debet, post moram non tantum fructus, sed etiam omne damnum, quo affectus est fideicommissarius, praestare cogitur.

**27. IDEM libro II. Decretorum.**—Paula Callinico (1) ex parte herede instituto filiae eiusdem Iuventianae (2), quum in familia nupsisset, decem testamento legavit, deinde post tempus codicillis factis centum eidem Callinico reliquerat non adiecto: «hoc amplius»; pronuntiavit, utramque summam deberi, maxime quum in codicillis filiae Callinici nihil legatum fuisset.

§ 1.—Pompeius (3) Hermippus filium Hermippum ex dodrante, filiam Titianam ex quadrante heredes instituerat, et praedia certa singulis praelegaverat, praeterea si sine liberis Hermippus moreretur, aliam possessionem filiae dari iusserat; post testamentum factis codicillis filiae certa praedia dederat, eamque his contentam esse voluit pro omni hereditate et his, quae in testamento reliquerat; Hermippi bona ad fiscum pervenerant, Titiana soror fideicommissum petebat; quaerebatur, utrum pro hereditate tantum, an et pro his, quae post mortem frater rogatus erat restituere, pater eam voluisset accipere ea, quae codicillis reliquerat. Mihi ab omni voluntate recessum videbatur; placuit humanius interpretari, ea sola, quae vivente fratre acceptura erat, adempta videri, non etiam quae post mortem eius reliquerat, si sine liberis decederet; et ita pronuntiavit.

§ 2.—Iulianus (4) Severus decedens, institutis quibusdam heredibus, alumno suo quinquaginta legaverat, eaque (5) Iulio Mauro, colono suo, ex pensionibus fundi debitis ab eo praestari voluerat, eidemque Mauro quaedam legaverat; quum de hereditate fiscus quaestionem movisset, iussu procuratoris Maurus pecuniam fisco solverat, postea heres scriptus obtinuerat (6) fiscum, alumno autem mortuo heres eius fideicommissum ab herede Mauri petebat; placuit Imperatori, non videri eius fideicommissum, sed demonstratum, unde accipere posset; et ideo heres Severi haec praestare debet.

**28. IDEM libro singulari ad Senatusconsultum Tertullianum.**—Si fidei meae committatur, ut, quod mihi relictum fuerit supra quod capere possum, alii restituam, posse me id capere constat.

(1) Paulo Callimacho, la Vulg.  
 (2) Según corrección del código Fl., Iuventianae, Taur. según la escritura original, Br.  
 (3) Pomponius, la Vulg.

**25. PAULO; Comentarios á Neracio, libro I.**—«Déle á Seyo ciento éste ó aquel heredero»; Seyo puede pedirlos al que de los dos quiera.

§ 1.—Cuando en las palabras no hay ninguna ambigüedad, no se debe admitir cuestión sobre la voluntad.

**26. EL MISMO; Comentarios á Neracio, libro II.**—El que debe un fideicomiso es obligado, después de la mora, á pagar no solamente los frutos, sino también todo el daño en que fué afectado el fideicomisario.

**27. EL MISMO; Decretos, libro II.**—Paula, habiendo instituido heredero de parte á Callinico, le legó en el testamento diez á Juvenciana, hija del mismo, cuando se hubiese casado en la familia, y luego, habiendo hecho codicilos después de algun tiempo, le había dejado ciento al mismo Callinico sin haber añadido: «además esto»; falló que se debían ambas sumas, mayormente no habiéndose legado nada en los codicilos á la hija de Callinico.

§ 1.—Pompeyo Hermippo había instituido herederos de tres cuartos á su hijo Hermippo, y del otro cuarto á su hija Ticiano, y les había prelegado á cada uno ciertos predios, y además había mandado que si Hermippo muriese sin hijos se le diese otra posesión á la hija; habiendo hecho codicilos después del testamento, le había dado ciertos predios á la hija, y quiso que ésta se contentase con ellos por toda su herencia y por lo que le había dejado en el testamento; los bienes de Hermippo habían ido á parar al fisco, y su hermana Ticiano pedía el fideicomiso; se preguntaba, si el padre había querido que ella recibiese lo que le había dejado en los codicilos solamente por la herencia, ó si también por lo que se le había rogado al hermano que restituyera después de su muerte. A mí me parecía que se había separado de toda su voluntad; pero se determinó que se interpretase con más humanidad, que se consideraba quitado sólo lo que había de haber recibido ella viviendo el hermano, no también lo que le había dejado para después de la muerte de éste, si falleciese sin hijos; y así falló.

§ 2.—Al fallecer Severo Juliano, habiendo instituido algunos herederos, le había legado á un alumno suyo cincuenta, y había querido que fuesen pagados, de las pensiones de un fundo debidas por éste, por Julio Mauro, su colono, y le había legado al mismo Mauro algunas cosas; habiendo promovido el fisco cuestión sobre la herencia, Mauro le había pagado el dinero al fisco por mandato del procurador, y después el heredero instituido había ganado contra el fisco, pero, habiendo muerto el alumno, su heredero le pedía el fideicomiso al heredero de Mauro; le plugo al Emperador, que no se considerase que se le encomendó un fideicomiso, sino que se indicó de donde podría cobrarlos; y que por lo tanto debe pagarlos el heredero de Severo.

**28. EL MISMO; Comentarios al Senadoconsulto Tertuliano, libro único.**—Si se encomendara á mi fidelidad, que yo restituya á otro lo que sobre lo que puedo adquirir se me hubiere dejado, consta que yo puedo adquirirlo.

(4) Iulius, la Vulg.  
 (5) a, insertan Hal. Vulg.  
 (6) Véase el fr. 16. D. Qui potiores etc. XX. 4.; adversus, insertan Hal. Vulg.

**29. LABEO libro II.** (1) *Posteriorum a Iavoleno epitomatorum.*—Qui concubinam habebat, ei vestem prioris concubinae utendam dederat, deinde ita legavit: «vestem, quae eius causa emta, parata esset»; Cascellius, Trebatius negant, ei deberi prioris concubinae causa parata, quia alia conditio esset in uxore. Labeo id non probat, quia in eiusmodi legato non ius uxorum sequendum, sed verborum interpretatio esset facienda; idemque vel in filia, vel in qualibet alia persona iuris esset; Labeonis sententia vera est.

§ 1.—Quum ita legatum esset, ut (2) Titia uxor mea tantandem (3) partem habeat, quantulam unus heres, si non aequales partes essent heredum, Quintus Mucius et Gallus putabant, maximam partem legatam esse, quia in maiore minor quoque inesset, Servius, Ofilius, minimam, quia, quum heres dare damnatus esset, in potestate eius esset, quam partem daret; Labeo hoc probat, idque verum est.

§ 2.—Quum ita legatum esset: «quanta pecunia ex hereditate Titii ad me pervenit, tantam pecuniam heres meus Seiae (4) dato», id legatum putat Labeo, quod acceptum in tabulis suis ex ea hereditate testator retulisset; ceterum negat cavendum heredi a legatario, si quid forte postea eius hereditatis nomine heres damnatus esset. Ego contra puto, quia non potest videri pervenisse ad heredem, quod eius hereditatis nomine praestitutus esset. Idem Alfenus Varus Servio placuisse scribit; quod et verum est.

§ 3.—Si heres tibi, servo generaliter legato, Stichum tradiderit, isque a te evictus fuisset, posse te ex testamento agere, Labeo scribit, quia non videtur heres dedisse, quod ita dederat, ut habere non possis; et hoc verum puto. Sed hoc amplius ait, debere te, priusquam iudicium accipiatur, denuntiare heredi; nam si aliter feceris, agenti ex testamento opponetur tibi doli mali exceptio.

§ 4.—Si Stichus et Dama, servi mei, in potestate mea erunt, quum moriar, tum Stichus et Dama liberi sunt, et fundum illum sibi habent; si alterum ex his post testamentum factum dominus alienasset vel manumisisset, neutrum liberum futurum Labeo putat; sed Tubero eum, qui remansisset in potestate, liberum futurum, et legatum habiturum putat. Tuberonis sententiam voluntati defuncti magis puto convenire.

**30. IDEM libro II. Posteriorum a Iavoleno epitomatorum.** (5)—Qui quatuor pocula oleaginea (6) habebat, ita legavit: «pocula oleaginea (7) paria duo»; respondi, unum par legatum esse, quia non ita esset: «bina paria», neque ita: «poculorum paria duo»; idem et Trebatius.

§ 1.—Qui hortos publicos a Republica conductos habebat, eorum hortorum fructus usque ad

**29. LABEÓN; Obras póstumas compendiadas por Javoleno, libro II.**—Uno, que tenía concubina, le había dado á ésta para que lo usara el vestido de otra concubina anterior, y después legó de esta manera: «el vestido, que hubiese sido comprado, y preparado por causa de la misma»; Cascelio y Trebacio dicen, que no se le deben los preparados por causa de la primera concubina, porque otra sería la condición tratándose de la mujer. Labeón no aprueba esto, porque en semejante legado no se ha de seguir el derecho de las mujeres, sino que había que hacer la interpretación de las palabras; y que el mismo derecho había respecto á la hija, ó respecto á otra cualquier persona; y es verdadera la opinión de Labeón.

§ 1.—Cuandose hubiese hecho un legado de modo que Ticia, mi mujer, tenga tanta parte como un solo heredero, si no fuesen iguales las partes de los herederos, opinaban Quinto Mucio y Galo, que se legó la parte mayor, porque en la mayor está también la menor; y Servio y Ofilio que la más pequeña, porque habiendo sido condenado á dar el heredero, está en su facultad qué parte haya de dar; Labeón aprueba esto, y esto es lo verdadero.

§ 2.—Cuando se hubiese legado así: «déle mi heredero á Seya tanta cantidad de dinero como de la herencia de Ticio vino á mi poder», opina Labeón, que se legó lo que el testador hubiese consignado en sus libros que recibió de aquella herencia; pero dice que no se le ha de dar caución por el legatario al heredero, si á algo hubiese sido acaso condenado después el heredero por razón de esta herencia. Yo opino lo contrario, porque no se puede considerar que fué á poder del heredero lo que hubiese tenido que pagar por razón de la misma herencia. Lo mismo escribe Alfenus Varo que le pareció bien á Servio; lo que también es verdad.

§ 3.—Si habiéndose legado en general un esclavo, el heredero te hubiese entregado á Stico, y de este se te hubiese hecho evicción, escribe Labeón, que puedes ejercitar la acción de testamento, porque no se considera que el heredero dió lo que había dado de modo que no pudieras tenerlo; y opino que esto es verdad. Pero además dice esto, que debes notificárselo al heredero antes que se acepte el juicio; porque si obrares de otro modo, se te opondrá al ejercitar la acción de testamento la excepción de dolo malo.

§ 4.—Si Stico y Dama, esclavos míos, estuvieren en mi poder cuando yo muera, sean entonces libres Stico y Dama, y tengan para sí aquel fundo; si el señor hubiese enajenado ó manumitido á uno de éstos después de haber hecho testamento, opina Labeón, que ninguno de los dos habrá de ser libre; pero Tuberon opina, que el que hubiese permanecido en su poder habrá de ser libre y tendrá el legado. Creo que la opinión de Tuberon es más conforme á la voluntad del difunto.

**30. EL MISMO; Obras póstumas compendiadas por Javoleno, libro II.**—Uno que tenía cuatro vasos de olivo legó de esta manera: «dos vasos de olivo iguales»; respondi, que se legó un solo par, porque no se legó así: «los dos pares», ni así: «los dos pares de vasos»; y lo mismo dice Trebacio.

§ 1.—Uno, que tenía arrendados á la República huertos públicos, le había legado á Aufidio los fru-

(1) *Taur.*; ex, inserta el código *Fl.*, *Br.*; Iavolenus libro III. ex posterioribus Labeonis, *Hal.*

(2) ut, omitela *Hal.*

(3) tantulam, *Hal.*

(4) Seio, *Hal.* *Vulg.*

(5) *Hal.* y *la Vulg.* unen este fragmento al anterior.

(6) *Taur.*; oleagine, el código *Fl.*, *Br.*

(7) *Taur.*; oleagine, el código *Fl.*, *Br.*

lustrum, quo conducti essent, Aufidio legaverat, et heredem eam conductionem (1) eorum hortorum ei dare damnaverat, sinereque uti eum, et frui; respondi, heredem teneri sinere frui, hoc amplius, heredem mercedem quoque hortorum Reipublicae praestitutum.

§ 2.—Quum testamento scriptum esset: «Sticho servo meo heres quinque dato, et si Stichus heredi meo biennium servierit, liber esto», post biennium legatum deberi existimo, quia in id tempus et libertas, et legatum referri deberet; quod et Trebatius respondit.

§ 3.—Si fundum mihi vendere certo pretio damnatus es, nullum fructum eius rei ea venditione excipere tibi liberum erit, quia id pretium ad totam causam fundi pertinet.

§ 4.—Qui fundum mandatu meo in societate (2) mihi et sibi emerat, deinde eum finibus diviserat, et, priusquam mihi traderet, ita eum tibi legaverat: «fundum meum illi do»; negavi, amplius partem (3) deberi, quia verisimile non esset, ita testatum esse patremfamilias, ut mandati heres eius damnaretur.

§ 5.—«Uxori meae, dum cum filio meo Capuae erit, heres meus ducenta dato»; filius a matre migravit; si ambo Capuae habitassent, legatum matri debitum iri putavi, quamvis una non habitassent; sin autem in aliud municipium transissent, unius anni tantummodo debitum iri, quo una habitassent, quantolibet tempore, Trebatius ait. Videamus, an his verbis: «dum cum filio Capuae erit», non conditio significetur, sed ea scriptura pro supervacua (4) debeat (5) haberi. Quod non probo; sin autem per mulierem mora non est, quo minus cum filio habitet, legata ei deberi.

§ 6.—Si aedes alienas ut dares damnatus sis, neque eas ulla conditione emere possis, aestimare iudicem oportere, Ateius scribit, quanti aedes sint, ut pretio soluto heres liberetur. Idemque iuris est, et, si (6) potuisses emere, non emeris (7).

31. [30.] IDEM libro I. Pithanorum a Paulo epitomatorum (8).—Si cui aedes legatae sint, is omne habebit id aedificium, quod (9) solum earum aedium erit. Paulus: hoc tunc demum falsum est, quum dominus aedium binarum aliquod (10) conclave, quod supra concamerationem (11) alterarum aedium esset, in usum alterarum convertit, atque ita his usus fuerit; namque eo modo alteris aedibus id accedet, alteris decedet.

32. [31.] SCAEVOLA libro XIV. Digestorum.—Sextiam (12) filiam ex quadrante, ex reliquis

tos de estos huertos por los cinco años que habían sido arrendados, y había condenado á su heredero á pagarle á aquél el arrendamiento de los huertos, y á que le dejase usarlos y disfrutarlos; respondi, que el heredero estaba obligado á dejar que los usufructúe, y además esto, que el heredero debía pagar también el arrendamiento de los huertos de la República.

§ 2.—Cuando en el testamento se hubiese escrito: «dése cinco mi heredero á mi esclavo Stico, y si Stico le hubiere prestado servidumbre dos años á mi heredero, sea libre», juzgo que después de los dos años se debe el legado, porque á este tiempo se deberían referir así la libertad, como el legado; lo que respondió también Trebacio.

§ 3.—Si fuiste condenado á venderme por cierto precio un fundo, no tendrás libertad para exceptuar en esta venta ningún fruto de esta cosa, porque este precio pertenece á toda la causa del fundo.

§ 4.—Uno que por mandato mío había comprado un fundo en sociedad para mí y para él, después lo había dividido con linderos, y antes que me lo entregase te lo había legado de este modo: «le doy á aquél mi fundo»; dije, que no se debía más que la parte, porque no sería verosímil que el padre de familia hubiese testado así para que su heredero fuese perjudicado con la acción de mandato.

§ 5.—«Déle mi heredero doscientos á mi mujer, mientras estuviere en Cápua con mi hijo»; el hijo se separó de la madre; yo opiné, que, si ambos hubiesen habitado en Cápua, se le había de deber á la madre el legado, aunque no hubiesen habitado juntos; pero si hubiesen pasado á otro municipio, dice Trebacio, que se habrá de deber solamente el del año en que hubiesen habitado juntos, cualquier tiempo que fuese. Veamos, si con estas palabras: «mientras estuviere en Cápua con mi hijo», no se significa una condición, sino que esta expresión se deba tener por supérflua. Y yo no lo apruebo; sino que si no consiste en la mujer la mora para no habitar con el hijo, se le deben los legados.

§ 6.—Si hubieras sido condenado á dar una casa ajena, y no pudieras comprarla con ninguna condición, escribe Ateyo, que debe estimar el juez cuánto valga la casa, para que, pagado el precio, se libre el heredero. Y el mismo derecho hay, también si la hubieses podido comprar, y no la hubieses comprado.

31. [30.] EL MISMO; Dichos recopilados por Paulo, libro I.—Si á alguien se le hubiera legado una casa, aquél tendrá todo el edificio que estuviere sobre el suelo de la misma casa. Y dice Paulo: esto es falso solamente cuando el dueño de dos casas destinó al uso de la una alguna habitación que estuviese sobre bóveda de la otra casa, y así hubiere usado de ella; porque de este modo se le agregará aquélla á una de las casas, y se le quitará á la otra.

32. [31.] SCAEVOLA; Digesto, libro XIV.—Uno instituyó herederos de una cuarta parte á su hija

(1) conditionem, Hal.

(2) Hal. Vulg.; societate, el código Fl.

(3) parte, Hal.

(4) Hal.; supervacuo, el código Fl.

(5) Hal. Vulg.; debet, el código Fl.

(6) quum, insertas Hal. Vulg.

(7) Hal. Vulg.; emeris, el código Fl.

(8) Labeo lib. παρθανών., Hal.

(9) supra, inserta Hal.

(10) Según nuestra emienda; aliquid, el código Fl.; quum dominus binarium aliquod, Hal.

(11) Taur.: concamerationem, el código Fl., Br.

(12) Sextiliam, la Vulg.

Seium et Marcium (1), sororis filios, scripsit heredes; Sextiam substituit Marcio, et Marcium Sextiae, dedit autem per praeceptionem Marcio certas species; Marcus partem hereditatis, ex qua scriptus erat, omisit, et eo intestato defuncto bona eius ad fratrem legitimum Seium devoluta sunt; quaesitum est, an Sextia ex substitutione etiam haec, quae praelegata Marcio erant, iure substitutionis a legitimo herede defuncti sibi vindicare possit. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, Sextiam in legatis, quae Marcio data sunt, substitutam non esse.

**33. [32.]** *IDEM libro XV. Digestorum.*—Uxori suae inter cetera ita legavit: «et domus eam partem, in qua morari consuevimus»; quaesitum est, quum tam testamento faciendi tempore, quam mortis totam domum in usu habuerit, nec quidquam ex ea locatum, an ea tantummodo videtur legasse cubicula, in quibus dormire consueverat? Respondit, eam omnem partem, in qua morari cum familia sua consuevisset.

§ 1.—Uxori suae inter cetera ita legavit: «uxori meae quidquid vivus dedi, donavi, usibusve eius comparavi, concedi volo»; quaero, an quod post testamentum factum ei donatum est, id quoque concessum videatur. Respondit, verba, quae proponerentur, nihil pro futuro tempore significare.

§ 2.—Quum Seius pro uxore centum aureos creditori solverit, et ornamentum pignori positum luerit, postea autem testamento facto uxori suae legavit, quidquid ad eum, inve stipulatum eius concessit, et hoc amplius vicenos aureos annuos; quaesitum est, an hos centum aureos heredes viri ab uxore, vel ab heredibus eius repetant. Respondit, si donationis causa creditori solvisset, teneri heredes ex causa fideicommissi, si repetant, atque etiam petentes exceptione summoveari; quod praesumptum esse debet, nisi contrarium ab herede approbetur.

**34. [33.]** *IDEM libro XVI. Digestorum.*—Nomen debitoris in haec verba legavit: «Titio hoc amplius dari volo decem aureos, quos mihi heredes Caii Seii debent, adversus quos ei actionem mandari volo, eique eorundem pignora tradi»; quaero, utrum heredes tantum decem dare debeant, an in omne debitum, hoc est et (2) in usuras debeant mandare. Respondit, videri universam eius nominis obligationem legatam. Item quaero, quum ignorante matrefamilias actores in provincia adiectis sorti usuris decem stipulati sint, an ex causa fideicommissi suprascripti etiam incrementum huius debiti ad Titium pertineat. Respondit, pertinere.

§ 1.—Filio ex parte herede scripto praeceptionem dedit inter cetera his verbis: «Titio, filio meo, nomina ex kalendario, quae elegerit filius meus sibi, viginti dare damnas sunto sine dolo malo»;

Sextia, y de las demás á Seyo y á Marcio, hijos de su hermana; Sextia la substituyó á Marcio, y Marcio á Sextia, pero le dió por prelegado algunas cosas á Marcio; Marcio dejó de adir la parte de herencia en que habia sido instituido, y habiendo fallecido intestado se le dieron sus bienes á Seyo, su hermano legitimo; se preguntó, si en virtud de la substitución podia Sextia reivindicar para sí del legitimo heredero del difunto por derecho de substitución también las cosas que le habian sido prelegadas á Marcio. Respondió, que, según lo que se exponía, Sextia no habia sido substituída en los legados que se le dieron á Marcio.

**33. [32.]** *EL MISMO; Digesto, libro XV.*—Uno, entre otras cosas, hizo de este modo un legado á su mujer: «y aquella parte de la casa en que acostumbramos á morar»; se preguntó, habiendo tenido en usotoda la casa tanto al tiempo de hacer el testamento, como al de la muerte, y no habiéndose dado en arriendo cosa alguna de ella, ¿se considera que legó solamente aquellas habitaciones en que habia solido dormir? Respondió, que toda aquella parte en que hubiese acostumbrado á morar con su familia.

§ 1.—Entre otras cosas le legó uno así á su mujer: «quiero que se le conceda á mi mujer todo lo que yo en vida le di, le doné, ó compré para sus usos»; pregunto, si se considerará concedido también lo que se le hubiese donado después de hecho el testamento. Respondió, que las palabras que se exponían no expresaban nada respecto al tiempo futuro.

§ 2.—Habiendo pagado Seyo por su mujer cien áureos á un acreedor, y habiendo desempeñado los adornos que tenía dados en prenda, pero habiéndole legado á su mujer, hecho después testamento, todo lo que dió para aquél, ó para su estipulación, y además de esto veinte áureos anuales; se preguntó, si los herederos del marido repetirán de la mujer, ó de los herederos de ella, estos cien áureos. Respondió, que si por causa de donación le hubiese pagado al acreedor, quedan obligados los herederos por causa de fideicomiso, si los repitieran, y pidiéndolos son también repelidos con excepción; lo que debe ser presumido, á no ser que por el heredero se probase lo contrario.

**34. [33.]** *EL MISMO; Digesto, libro XVI.*—Uno legó el crédito de un deudor en estos términos: «quiero que además de esto se le den á Ticio los diez áureos que me deben los herederos de Cayo Seyo, contra los que quiero que se le ceda acción, y que á él se le entreguen las prendas de los mismos»; pregunto, si los herederos deberán dar solamente los diez, ó si deberán ceder la acción por toda la deuda, esto es, también por los intereses. Respondió, que se considera legada toda la obligación de este crédito. Igualmente pregunto, si, cuando ignorándolo la madre de familia los administradores hubieran estipulado en la provincia diez por intereses agregados al capital, le pertenecerá á Ticio por causa del antes mencionado fideicomiso también el aumento de esta deuda. Respondió, que le pertenecía.

§ 1.—Habiendo uno instituído á su hijo heredero de una parte, le dió entre otras cosas un prelegado en estos términos: «estén condenados mis herederos á darle sin dolo malo á mi hijo Ti-

(1) *Marium, aquí y en otras partes Hal.*

(2) *Hal. Vulg.; et, omitida el código Fl.*

eidem filio vivus omnium rerum suarum administrationem permisit; qui post testamentum factum ante mortem patris annis (1) decem, quibus procurabat patri, contra veterem consuetudinem patris, qua kalendarium exercebatur, novos debitorum ampliarum pecuniarum fecit, et in priores, quos pater exiguarum fortunarum habebat, maius creditum contulit ad hoc, ut viginti nominibus prope omnis substantia kalendarii esset; quaesitum est, an huic filio eorum nominum, quae ipse fecit, praeceptio permittenda est? Respondit, ex his electionem habere, quae testamenti tempore testator in kalendario habuit.

§ 2.—Uni ex heredibus per praeceptionem reliquit ea, quae ex patrimonio viri sui Aretonis ei supererant; eiusque fidei commissit, haec eadem restituere pronepoti, quum erit (2) annis sedecim, in quibus haec verba adiecit: «item rogo, uti reliquum aes alienum, quod ex bonis Aretonis debetur, omnibus creditoribus ex rebus eorum bonorum solvas, reddas, satisque facias»; quaesitum est, an, si probaverit heres, non sufficere redditum bonorum ad totius debiti exsolutionem, nihilominus tamen ipse debet agnoscere onus aeris alieni? Respondit, manifeste proponi, ex rebus bonorum eorum iussum aes alienum exsolvere, non de proprio.

§ 3.—Pater filio et filia heredibus institutis, quum singulis certa praedia et kalendaria praelegasset, ita cavit: «a te autem, fili carissime, peto (3), quaecumque legavi, praestari volo, et si quid evenerit aeris alieni, si quod in tempus pro mutuo acceperam, et debuero, a te solvi volo, ut, quod sorori tuae reliqui, integrum ad eam pertineat»; quaesitum est, an, quod ex quacumque causa debuit pater, a filio sit praestandum. Respondit, posse filiam ex fideicommisso consequi, ut levaretur, quo magis integrum, quod testator dedisset, ad eam pervenisset.

35. [34.] *IDEM libro XVII. Digestorum.*—Patronus liberto statim tribum emi petierat; libertus diu moram ab herede patroni passus est, et decedens heredem reliquit clarissimum virum; quaesitum est, an tribus aestimatio heredi eius debeatur. Respondit, deberi. Idem quaesivit, an et comoda, et principales liberalitates, quas libertus ex eadem tribu usque in diem mortis suae consecutus fuisset, si ei ea tribus secundum voluntatem patroni sui tunc comparata esset, an vero usurae aestimationis heredi eius debeantur. Respondit, quidquid ipse consecutus esset, id ad heredem suum transmittere.

§ 1.—Sempronio ita legavit: «Sempronius sumito praedia ea omnia, quae sunt usque ad praedium, quod vocatur Gaas, finibus Galatae, sub cura villici primi, ita ut haec omnia instructa sunt»; quae-

cio los veinte créditos que del libro de cuentas hubiere elegido mi hijo»; en vida le permitió la administración de todos sus propios bienes al mismo hijo; el cual, después de haberse hecho el testamento, en los diez años antes de la muerte del padre durante los que administraba por el padre, creó, contra la antigua costumbre del padre según la que se llevaba el libro de cuentas, nuevos deudores por grandes cantidades, y á los primeros, á los cuales tenía el padre como de exiguas fortunas, les concedió mayor crédito con este objeto, que en veinte créditos estuviese casi todo el capital del libro de cuentas; se preguntó, ¿se le ha de permitir á este hijo la elección de los mismos créditos que él creó? Respondió, que tiene la elección entre aquéllos que el testador tuvo en el libro de cuentas al tiempo del testamento.

§ 2.—Una le dejó por prelegado á uno de sus herederos los bienes que le habían quedado del patrimonio de su marido Aretón; y encomendó á su fidelidad, que restituyese estos mismos bienes á su biznieto, cuando fuere de diez y seis años, á lo que añadió estas palabras: «también ruego que pagues, entregues y satisfagas con las rentas de estos bienes á todos los acreedores la restante deuda, que se debe de los bienes de Aretón»; se preguntó, en el caso de que hubiere probado el heredero que no basta la renta de los bienes para el pago de toda la deuda, ¿debe, sin embargo, reconocer él mismo la carga de la deuda? Respondió, que claramente se expone, que se mandó pagar la deuda con las rentas de aquellos bienes, no con los propios.

§ 3.—Un padre, habiendo instituido herederos á su hijo y á su hija, y habiéndoles prelegado á cada uno ciertos predios y créditos, dispuso así: «pero te pido, carísimo hijo, y quiero que se dé todo lo que he legado, y quiero que si apareciere alguna deuda, si por cierto tiempo yo hubiere tomado en mútuo alguna cantidad, y la debiere, sea pagada por ti, á fin de que le pertenezca íntegro á tu hermana lo que á ella le he dejado»; se preguntó, si se deberá pagar por el hijo lo que por cualquier causa debió el padre. Respondió, que en virtud del fideicomiso podía conseguir la hija que se le aliviase, á fin de que más bien fuese íntegro á poder de ella lo que hubiese dado el testador.

35. [34.] *EL MISMO; Digesto, libro XVII.*—Un patrón había pedido que inmediatamente se comprara para su liberto el derecho de tribu; el liberto soportó mucho tiempo la mora por parte del heredero del patrono, y al fallecer dejó por heredero á un individuo muy esclarecido; se preguntó, si se le deberá á su heredero la estimación del derecho de tribu. Respondió, que se le debe. El mismo preguntó, si se le deberán á su heredero también las utilidades y las liberalidades del Príncipe, que el liberto hubiese de haber obtenido por la misma tribu hasta el día de su muerte, si entonces se hubiese comprado para él el derecho de aquella tribu conforme á la voluntad de su patrono, ó los intereses de la estimación. Respondit, que transmite á su heredero todo lo que él mismo hubiese de haber obtenido.

§ 1.—Uno le legó á Sempronio de este modo: «Tome Sempronio todos aquellos predios que hay hasta el predio que se llama Gaas, en los confines de Galacia, al cuidado del primer administrador,

(1) La escritura original, Br.; annos, Taur. según corrección del códice Fl.

(2) esset, Hal.

(3) peto, omitela Hal.

situm est, quum in eodem confinio praediorum unum sit praedium non Galatiae, sed Cappadociae finibus, sub cura tamen eiusdem villici, an etiam id praedium cum ceteris ad Sempronium pertineat. Respondit, et hoc deberi.

§ 2.—Libertis, quos nominaverat, ita legavit: «fundum Trebatianum, qui est in regione Atellata (1), item fundum Satrianum (2), qui est in regione Niphana, cum taberna dari volo»; quaesitum est, quum inter fundos, quos supra legavit, sit quidem fundus vocabulo Satrianus, in regione tamen Niphana non sit, an ex causa fideicommissi libertis debeatur. Respondit, si nullus esset Satrianus in regione Niphana, et de eo sensisse testatorem certum sit, qui alibi esset, non idcirco minus deberi, quia in regione designanda lapsus esset.

§ 3.—Codicillis confirmatis ita cavit: «Tiburtibus, municipibus meis, amantissimisque (3). Scitis balneum Iulianum, iunctum domui meae; id (4) ut publice sumtu heredum meorum et diligentia decem mensibus totius anni praebatur gratis (5)»; quaesitum est, an et sumtus refectioibus necessarios heredes praestare debeant. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, videri testatorem super calefactionis et praebitionis onus de his quoque sensisse, qui (6) ad quotidianam tutelam pertineant, quibus balneae aut instruuntur, aut denique inter solitas cessationum vices parari purgarique, ut habiles ad lavandum fierent, sint solitae.

36. [35.] (7) *Apud SCAEVOLAM libro XVIII. Digestorum Claudius notat.*—Nec fideicommissa ab intestato data debentur ab eo, cuius de inofficioso testamento constitisset (8), quia crederetur quasi furiosus testamentum facere non potuisse; ideoque nec aliud quid pertinens ad suprema eius iudicia valet.

37. [36. V. 35. H.] *SCAEVOLA libro XVIII. Digestorum.*—Quum quis decedens Seiae matri fundum, qui proprius (9) matris erat, legaverat, ab ea (10) petierat, ut eundem, quum moreretur, Flaviae Albinae, coniugi suae, restitueret; post mortem testatoris mater apud magistratum professsa est, nihil se adversus voluntatem filii sui facturam, paratamque esse (11) fundum Flaviae Albinae tradere, si sibi annua bina praestarentur reddituum nomine; sed neque possessionem tradidit, neque annua bina accepit; quaesitum est, an iure fundum alii vendere possit. Respondit, si de legati iure (12) fideique commissi quaereretur, secundum ea, quae proponerentur, nec valuisse, quod matri suum legabatur, neque onus fideicom-

de la manera cómo todos ellos están provistos»; se preguntó, si, habiendo en el mismo confín de los predios un predio en los confines, no de Galacia, sino de Capadocia, pero al cuidado del mismo administrador, le pertenecerá á Sempronio también este predio junto con los demás. Respondió, que también se le debe éste.

§ 2.—Uno les legó así á los libertos que había nombrado: «quiero que se dé el fundo Trebaciano, que está en la región Atelata, y también el fundo Satriano, que se halla en la región Nifana, juntamente con la cabaña»; se preguntó, si hallándose ciertamente entre los fundos, que arriba legó, el fundo denominado Satriano, pero no estando en la región Nifana, se les deberá á los libertos por causa del fideicomiso. Respondió, que si no hubiese ninguno denominado Satriano en la región Nifana, y fuera cierto que el testador se refirió á él, que se hallaba en otra parte, no se dejaba de deber porque se hubiese equivocado en cuanto á la región que se debía designar.

§ 3.—Uno dispuso así en codicilos confirmados: «A los Tiburtinos, mis conciudadanos de municipio, y muy amados. Sabed, que os dejo el baño Juliano, adosado á mi casa; y esto, para que públicamente se os facilite gratis á costa y por diligencia de mis herederos durante diez meses de todo el año»; se preguntó, si deberán pagar también los herederos los gastos necesarios para las reparaciones. Respondió, que, según lo que se exponía, se consideraba que el testador se refirió, además que á la carga de la calefacción y del suministro, también á los gastos que correspondan al cuidado diario, con los que ó se proveen los baños, ó finalmente se suelen preparar y limpiar durante los acostumbrados períodos de vacaciones, para que sean á propósito para lavarse.

36. [35.] *Claudio nota en SCAEVOLA al libro XVIII. del Digesto.*—Tampoco se deben abintestato los fideicomisos dados por aquel respecto de cuyo testamento se hubiese hecho prueba de inoficioso, porque se creería que como furioso no pudo hacer testamento; y por lo tanto, tampoco es válida ninguna otra cosa relativa á su última voluntad.

37. [36. V. 35. H.] *SCAEVOLA; Digesto, libro XVIII.*—Habiendo legado uno al morir á su madre Seya un fundo, que era propio de su madre, le había pedido que cuando muriese se lo restituyera á Flavia Albina, su cónyuge; después de la muerte del testador declaró la madre ante el magistrado, que ella no haría nada contra la voluntad de su hijo, y que estaba dispuesta á entregar el fundo á Flavia Albina, si á ella se le pagasen dos anualidades á título de réditos; pero ni entregó la posesión, ni recibió las dos anualidades; se preguntó, si con derecho podría venderle á otro el fundo. Respondió, que, si se preguntaba respecto al derecho del legado y del fideicomiso, no fué válido conforme á lo que se exponía, porque se le

(1) Arelatia, Hal.

(2) Sarrianum, la Vulg.

(3) amantissimis, quod scitis, la Vulg.

(4) Según nuestra conjetura; ita ut, el código Fl.

(5) volo, inserta acertadamente la Vulg.; Tiburtibus—amantissimis, quos scitis—domui meae, ita ut publice—gratis; quaesitum, Hal.

(6) quae, Hal.

(7) Hal. une este fragmento con el anterior.

(8) Taur.; constituisset, el código Fl., Br.

(9) prius, Hal.

(10) eo, Hal.

(11) Hal. Vulg.; se, el código Fl. \*

(12) Taur. según la escritura original; iure legati, corrección del código Fl., Br.



missi processisse, si modo (1) nihil praeterea mater cepisset.

§ 1.—Qui testamento heredem scripserat, Maevio ducenta legavit, et fidei eius commisit, ut centum daret Glaucæ Tychæ (2), Elpidi (3) autem quinquaginta; postea Maevius volente testatore literas emisit ad eas, secundum voluntatem testatoris se (4) restitutum; postea testator fecit codicillos, quibus et hoc praecepit, ut praeter hos codicillos si quid aliud prolatum esset, non valeat; quaesitum est, an Maevius, qui ducenta accepit, quia mutavit voluntatem de ea epistola testator, a mulieribus conveniri ex causa fideicommissi possit. Respondit, secundum ea, quae proponuntur, frustra Maevium conveniri, sive ducenta, sive praedium pro his accepit.

§ 2.—Seiam et Maevium, libertos suos, aequis partibus heredes scripsit, Maevio substituit Sempronium pupillum suum, deinde codicillos per fideicommissum confirmavit, quibus ita cavuit: «Lucius Titius Seiae, heredi suae, quam pro parte dimidia institui, salutem. Maevium libertum meum, quem in testamento pro parte dimidia heredem institui, eam partem hereditatis veto accipere, cuius in locum partemve eius Publium Sempronium, dominum meum, heredem esse volo», et Maevio, ad quem hereditatis portionem noluit pervenire, cum hoc elogio fideicommissum reliquit: «Maevio, liberto meo de me nihil merito, dari volo lagenas (5) vini vetusti centum quinquaginta»; quaesitum est, quum voluntas testatoris haec fuerit, ut omnimodo perveniat portio hereditatis ad Sempronium pupillum, an fideicommissum ex verbis suprascriptis valere intelligatur, et a quo Sempronius petere possit, quum ad certam personam codicillos scripserit. Respondit, posse fideicommissum a Maevio peti.

§ 3.—Pater emancipato filio bona sua universa, exceptis duobus servis, non mortis causa donavit, et stipulatus est a filio in haec verba: «quae tibi mancipia, quaeque praedia donationis causa tradidi, cessi, per te non fieri dolo malo, neque per eum, ad quem ea res pertinebit, quominus ea mancipia, quaeque ex his agnata erunt, eaque praedia cum instrumento, quum ego volam, vel quum morieris, quaeque eorum extabunt, neque dolo malo aut fraude factove tuo eiusque, ad quem ea res pertinebit, (6) in rerum (7) natura, aut in potestate esse desiissent, si vivam, mihi, aut cui ego volam, reddantur, restituantur; stipulatus est Lucius Titius pater, spondit Lucius Titius filius». Idem pater decedens epistolam fideicommissariam (8) ad filium suum scripsit in haec verba: «Lucio Titio, filio suo, salutem. Certus de tua pietate fidei tuae committo, uti des, praestes illi et illi certam pecuniam; et Lucionem (9), servum meum, liberum esse volo»; quaesitum est, quum filius patris nec bonorum possessionem acceperit, nec ei heres extiterit, an ex epistola fideicommissa et libertatem praestare debeat. Respondit, etsi neque hereditatem adisset, neque bonorum pos-

legaba a la madre lo suyo, y que no tuvo lugar la carga del fideicomiso, si la madre no hubiese recibido además alguna cosa.

§ 1.—Uno que había instituido heredero en su testamento, legó doscientos a Mevio, y encomendó a su fidelidad, que le diese ciento a Glauca Tica, y cincuenta a Elpides; después, queriéndolo el testador, Mevio les dirigió cartas a las mismas, diciéndoles que conforme a la voluntad del testador él les restituiría; posteriormente el testador hizo codicilos, en los que dispuso también esto, que si además de estos codicilos se hubiese exhibido alguna otra cosa, no fuera válida; se preguntó, si Mevio, que recibió los doscientos, podía ser demandado por las mujeres a causa del fideicomiso, puesto que el testador cambió de voluntad respecto a aquella carta. Respondió, que, según lo que se expone, en vano es demandado Mevio, ya si recibió los doscientos, ya si en lugar de ellos un predio.

§ 2.—Uno instituyó herederos por iguales partes a Seya y a Mevio, libertos suyos, y a Mevio le substituyó su pupilo Sempronio, y después confirmó por fideicomiso codicilos, en los cuales dispuso de este modo: «Lucio Ticio saluda a Seya, su heredera, a la que la instituí en la mitad. Prohibo que Mevio, mi libertito, a quien en mi testamento instituí heredero de la mitad, reciba esta parte de la herencia, y en lugar de él y en su parte quiero que sea heredero Publio Sempronio, mi señor»; y a Mevio, a quien no quiso que fuera la porción de la herencia, le dejó un fideicomiso con esta disposición: «a Mevio, mi libertito, que nada mereció de mí, quiero que se le den ciento cincuenta cántaros de vino añejo»; se preguntó, si, habiendo sido esta la voluntad del testador, que de todos modos fuera al pupilo Sempronio la porción de la herencia, se entenderá que en virtud de las sobredichas palabras es válido el fideicomiso, y a quién podría pedirlo Sempronio, habiendo dirigido los codicilos a cierta persona. Respondió, que se podía pedir el fideicomiso a Mevio.

§ 3.—Un padre le donó a su hijo emancipado, no por causa de muerte, todos sus bienes, excepto dos esclavos, y estipuló del hijo en estos términos: «respecto a los esclavos y a los predios que por causa de donación te entregué y cedí, no se haga con dolo malo por tí, ó por aquel a quien estas cosas le pertenecieren, de modo que estos esclavos, y los que de ellos hubieren nacido, y los predios con sus enseres, cuando yo quiera, ó cuando murieres, y los que de ellos quedaren, y no hubiesen dejado de existir, ó de estar bajo potestad, por dolo malo ó por fraude ó por hecho tuyo ó de aquel a quien estas cosas le pertenecieren, si yo viviera, no sean devueltos y restituidos a mí, ó a quien yo quisiere; estipuló Lucio Ticio, padre, y prometió Lucio Ticio, hijo». El mismo padre, al morir, le escribió a su hijo una carta fideicomisaria en estos términos: «A Lucio Ticio, su hijo, salud. Seguro de tu piedad, encomiendo a tu fidelidad que le des, y le entregues a aquél y a aquél cierta cantidad; y quiero que sea libre Lución, mi esclavo»; se preguntó, si, no habiendo recibido el hijo la posesión de los bienes del padre, ni sido su heredero, deberá dar en virtud de la carta los fi-

(1) *Taur.*; si, inserta el código *Fl.*, *Br.*

(2) *Hal.*; Glaucetyche, el código *Fl.*; Claudiae, la *Vulg.*; *acusos* se deberá leer, Glaucæ et Tychæ.

(3) *Elpidrae*, *Hal.*

(4) *Hal.*; se, omitela el código *Fl.*

(5) *Hal.*; lagynos, el código *Fl.*

(6) *ita*, inserta *Hal.*

(7) *Taur.*; in earum, el código *Fl.* según *Taur.* en *Adnotatt.*

(8) *Taur.* según la escritura original; *fid. ep.*, corrección del código *Fl.*, *Br.*

(9) *Lustrionem*, la *Vulg.*



sessionem petiisset, et nihil ex hereditate possideret, tamen nihilominus (1) et ex stipulatu ab heredibus patris, et fideicommisso ab his, quorum interest, quasi debitorem conveniri posse, maxime post Constitutionem Divi Pii, quae hoc induxit.

§ 4.—Nuptura duobus filiis suis, quos ex priore marito habebat, mandavit, ut viginti, quae doti dabat, stipularentur in omnem casum, quo solvi posset matrimonium, ut etiam alterutri ex his tota dos solvatur; constante matrimonio uno ex filiis mortuo uxor per epistolam petiit (2) a superstite filio, uti quandoque partem dimidiam duntaxat dotis exigeret, et ea contentus sit (3), alteram autem partem apud maritum eius remanere concedat; quaesitum est, postea in matrimonio muliere defuncta, an maritus, si de tota dote conveniatur a filio, doli mali exceptione se tueri possit, et an ultro ex causa fideicommissi actio ei competat (4), ut de parte obligationis accepto ei feratur. Respondit, et exceptionem utilem fore, et ultro ex fideicommisso peti posse. Idem quaerit, an de reliqua dimidia parte mandati actio utilis sit heredibus mulieris adversus filium eius. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, maxime post literas ad filium scriptas, non fore utilem. Claudius: quoniam in his expressit, ut contentus esset parte dimidia (5) dotis; quibus verbis satis fideicommissum filio relinqui placuit.

§ 5.—Codicillis ita scripsit: Βούλομαι πάντα τὰ ὑποταγμένα κύρια εἶναι. Μαξίμῳ τῷ κορίθῳ μου δηνάρια μύρια (6) πεντακισχίλια, ἅτινα ἔλαβον κατὰ καταθήκην κατὰ (7) τοῦ θείου αὐτοῦ Ἰουλίῳ Μαξίμου, ἵνα αὐτῷ ἀνδρωθέντι ἀποδώσω, ἃ γίνονται (8) σὺν τόκῳ τρεῖς μύρια ἀποδοθῆναι αὐτῷ βούλομαι, οὕτω γὰρ τῷ θείῳ αὐτοῦ ὤμοσα: [Volo, omnia, quae infra ordinata sunt, firma esse. Maximo, domino meo, denarium quindecim millia (9), quae accepi in depositum a patruo eius, Julio Maximo, ut ei viro facto (10) reddam cum usuris, quae sunt triginta millia, ei dari volo; ita enim patruo iuravi;] (11) quaesitum est, an ad depositam pecuniam petendam sufficiant verba codicillorum, quum hanc solam, nec aliam ullam probationem habeat. Respondi: ex his, quae proponerentur, scilicet quum iusiurandum dedisse super hoc testator affirmavit, credenda est scriptura.

§ 6.—Titia, honestissima femina, quum negotiis suis opera Callimachi semper uteretur, qui ex testamento capere non poterat, testamento facto manu sua ita cavit: Τίτια (12) διεθέμην, καὶ βούλομαι δοθῆναι Καλλιμάχῳ μισθὸν χάριν δηνάρια μύρια. (13) [Titia testamentum condidi, et volo dentur Callimacho mercedis gratia denaria decem millia;] (14) quaero, an haec pecunia ex causa mercedis ab heredibus Titiae exigi possit. Respondi, non idcirco, quod scriptum est, exigi posse in fraudem legis relictum.

deicomisos y la libertad. Respondió, que aunque no hubiese adido la herencia, ni pedido la posesión de los bienes, y no poseyese nada de la herencia; no obstante podía ser demandado como deudor así con la acción de lo estipulado por los herederos del padre, como por el fideicomiso por aquellos á quienes interesa, mayormente después de la constitución del Divino Pio, que introdujo esto.

§ 4.—Una que se iba á casar les encomendó á los dos hijos suyos, que tenia de su primer marido, que estipulasen para todo caso, en que se pudiese disolver el matrimonio, los veinte que daba en dote, á fin de que también á cualquiera de ellos se le pagase toda la dote; muerto uno de los hijos durante el matrimonio, la mujer le pidió por carta al hijo sobreviviente, que á su tiempo reclamase solamente la mitad de la dote, y con ella se contentase, pero que consintiese que la otra parte quedase en poder de su marido; se preguntó, si habiendo fallecido después la mujer en el matrimonio, podría el marido, si por toda la dote fuera demandado por el hijo, ampararse con la excepción de dolo malo, y si además le compete acción por causa de fideicomiso, para que se le dé por quitto respecto á parte de la obligación. Respondió, que sería útil la excepción, y que además se podría pedir en virtud de fideicomiso. El mismo preguntó, si por la restante mitad tendrían los herederos de la mujer contra su hijo la acción útil de mandato. Respondió, que, según lo que se exponía, no habría la útil, singularmente después de la carta dirigida al hijo. Y dice Claudio: porque en ellas expresó, que se contentase con la mitad de la dote; con cuyas palabras se determinó que eficazmente se le deja al hijo un fideicomiso.

§ 5.—Uno escribió así en los codicilos: «Quiero que sea válido todo lo que á continuación ha sido dispuesto. Quiero que á Máximo, mi señor, se le den los quince mil denarios, que en depósito recibí de su tío paterno, Julio Máximo, para que hecho hombre se los entregara con los intereses, que importan treinta mil; porque así se lo juré á su tío paterno»; se preguntó, si para pedir el dinero depositado bastarán las palabras de los codicilos, no teniendo más que esta sola prueba, y no otra alguna. Respondí: en virtud de lo que se exponía, por supuesto, habiendo afirmado el testador que sobre esto prestó juramento, ha de ser creída la escritura.

§ 6.—Ticia, mujer honestísima, habiendo utilizado siempre para sus negocios los servicios de Calimaco, quien no podía adquirir por testamento, dispuso así en testamento hecho de su propia mano: «Yo, Ticia, hice testamento, y quiero que se le den á Calimaco por vía de merced diez mil denarios»; pregunto, si se podrá exigir de los herederos de Ticia por vía de merced este dinero. Respondí, que no porque se escribió se podía exigir lo dejado en fraude de la ley.

(1) Según corrección del código Fl.; nihil minus, la escritura original, Br.

(2) Hal.; petit, el código Fl.

(3) Según nuestra conjetura; erit, el código Fl.; eat, Hal.

(4) Hal.; competit, el código Fl.

(5) Hal. Vulg.; partis dimidiae, el código Fl.

(6) μύρια, omiteña las ed. citadas por Br.

(7) κατὰ, omiteña las ed. citadas por Br.

(8) καὶ γίνονται, Steph.; καὶ γίνονται, Hal.

(9) Hal.; denaria quinquies mille, la Vulg.

(10) aut adulto, inserta la Vulg.

(11) Versión vulgar.

(12) Τίτια, omiteña Hal.

(13) δηνάρια δύο, las ed. citadas por Br.

(14) Versión vulgar.

§ 7.—Ex his verbis testamenti: «omnibus, quos quasve manumis, manumiseram (1), sive his tabulis, sive quibuscumque aliis, filios filiasve suos omnes concedi volo»; quaesitum est, an his, quos vivus manumisisset, debeantur filii. Respondit, his quoque, quos quasve ante testamentum factum manumisisset, filios filiasve ex causa fideicommissi praestari oportere.

38. [37. V. 36. H.] IDEM libro XIX. Digestorum.—Pater filium heredem praedia alienare, seu pignori ponere prohibuerat, sed conservari liberis ex iustis nuptiis, et ceteris cognatis, fideicommisserat; filius praedia, quae pater obligata reliquerat, dimisso hereditario creditore numis novi creditoris a priore in sequentem creditorem pignoris hypothecaevae nomine transtulit; quaesitum est, an pignus recte contractum esset. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, recte contractum. Idem quaesivit, quum filius praedia hereditaria, ut dimitteret hereditarios creditores, distraxisset, an emtores, qui fideicommissum ignoraverunt, bene emerint. Respondi, secundum ea, quae proponerentur, recte contractum, si non erat aliud in hereditate, unde debitum exsolvisset.

§ 1.—Duobus libertis, Sticho et Erote, heredibus institutis ita cavuit: «fundum Cornelianum de nomine meorum (2) exire veto»; unus ex heredibus, Stichus, ancillam Arescum testamentum liberam esse iussit, eique partem suam fundi legavit; quaero, an Eros (3) et ceteri conliberti Stichi ex causa fideicommissi eius fundi partem ab herede Stichi petere possint. Respondit, non contineri.

§ 2.—Filiam suam heredem scripserat, et ita caverat: «veto autem aedificium de nomine meo exire, sed ad vernas meos, quos hoc testamento nominavi, pertinere volo»; quaesitum est, defuncta herede, et legatariis vernis, an ad unum libertum, qui remansit, totum fideicommissum pertineret. Respondit, ad eum, qui ex vernis superosset, secundum ea, quae proponerentur, virilem partem pertinere.

§ 3.—Fundum (4) a filio, quoad vixerit, vetuit venundari, donari, pignori, et haec verba adiecit: «quodsi adversus voluntatem meam facere voluerit, fundum Titianum ad fiscum pertinere; ita enim fiet, ut fundus Titianus de nomine vestro nunquam exeat»; quaesitum est, quum vivus filius eum fundum secundum voluntatem patris retinuerit, an defuncto eo non ad heredes scriptos a filio, sed ad eos, qui de familia sunt, pertineat. Respondit, hoc ex voluntate defuncti colligi posse, filium, quoad viveret, alienare vel pignori non posse, testamenti autem factionem et in eo fundo in extraneos etiam heredes habiturum.

§ 4.—Iulius (5) Agrippa primipilaris testamen-

(1) manumiseram, omitela Hal.

(2) meo, Hal.

(3) haeres, la Vulg.

§ 7.—En virtud de estas palabras del testamento: «á todos los que ó las que he, ó había, manumitido, ó en este testamento, ó en otro cualquiera, quiero que se les concedan todos sus hijos ó hijas»; se preguntó, si se les deberán los hijos á los que en vida hubiese manumitido. Respondió, que también á aquéllos ó á aquéllas que hubiese manumitido antes de haber hecho testamento, se les debían dar por causa del fideicomiso los hijos ó las hijas.

38. [37. V. 36. H.] EL MISMO; Digesto, libro XIX.—El padre había prohibido que su hijo heredero enajenase unos predios, ó los constituyese en prenda, pero había encomendado por fideicomiso que fuesen conservados para los hijos habidos de legítimas nupcias, y para los demás cognados; el hijo, habiendo pagado al acreedor de la herencia con dinero de un nuevo acreedor, transfirió del primero al segundo acreedor á título de prenda ó de hipoteca los predios que el padre había dejado obligados; se preguntó, si se habría constituido debidamente la prenda. Respondió, que, según lo que se exponía, se había constituido debidamente. El mismo preguntó, si, habiendo vendido el hijo predios de la herencia para pagar á acreedores de la herencia, los habrían comprado bien los compradores que ignoraron el fideicomiso. Respondió, que, según lo que se exponía, se contrató válidamente, si no había en la herencia otra cosa con la que hubiese pagado la deuda.

§ 1.—Habiendo uno instituido herederos á dos libertos, Stico y Eros, dispuso de este modo: «prohibo que el fundo Corneliano salga del nombre de los míos»; uno de los herederos, Stico, dispuso en su testamento que fuese libre la esclava Arescusa, y á ella le legó su propia parte del fundo; pregunto, si Eros y los demás colibertos de Stico podrían pedirle al heredero de Stico por causa de fideicomiso la parte de fundo de éste. Respondió, que no estaba comprendida.

§ 2.—Uno había instituido heredera á su hija, y había dispuesto así: «pero prohibo que el edificio salga de los de mi nombre, y quiero que pertenezca á mis esclavos nacidos en mi casa, que he nombrado en este testamento»; se preguntó, si habiendo fallecido la heredera, y los esclavos nacidos en la casa, legatarios, le pertenecería todo el fideicomiso al único liberto que quedó. Respondió, que, según lo que se proponía, al que de los esclavos nacidos en la casa sobreviviese le pertenecería una porción viril.

§ 3.—Uno prohibió que se vendiese, donase, ó empeñase un fundo por su hijo, mientras viviere, y añadió estas palabras: «pero si hubiere querido obrar contra mi voluntad, pertenezca al fisco el fundo Ticiano; porque así se conseguirá que el fundo Ticiano no salga nunca de los de vuestro nombre»; se preguntó, si, habiendo el hijo retenido en vida aquel fundo según la voluntad de su padre, le pertenecerá, fallecido él, no á los herederos instituidos por el hijo, sino á los que son de la familia. Respondió, que de la voluntad del difunto se podía colegir esto, que el hijo, mientras viviese, no podía enajenarlo ó pignorarle, pero que había de tener aún respecto de este fundo testamentificación también á favor de herederos extraños.

§ 4.—Julio Agrippa, capitán de una primera

(4) Titianum, insertan Hal. Vulg.

(5) Iulianus, la Vulg.

to suo cavit, ne ullo modo reliquias (1) eius, et praedium suburbanum, aut domum maiorem heres eius pignoret, aut ullo modo alienaret; filia eius heres scripta heredem reliquit filiam suam, nepotem primipilaris, quae easdem res diu possedit, et decedens extraneos instituit heredes; quaesitum est, an ea praedia extraneus heres haberet, an vero ad Iuliam Domnam (2), quae habuit patrum maiorem Iulium Agrippam, pertinerent. Respondi, quum hoc nudum praeceptum est, nihil proponi contra voluntatem defuncti factum, quominus ad heredes pertinerent.

§ 5.—Quindecim libertis, quos nominaverat, praediolum cum taberna legaverat, et adiecerat haec verba: «sibique eos habere possidere volo ea lege et conditione, ne quis eorum partem suam vendere, donareve, aliudve quid facere alii velit. Quodsi adversus ea quid factum erit, tunc eas portiones praediumve cum taberna ad rempublicam Tusculanorum pertinere volo»; quidam ex his libertis vendiderunt partes suas duobus conlibertis suis ex eodem corpore, emtores autem defuncti Caium Seium extraneum heredem reliquerunt; quaesitum est, partes, quae venierunt, utrum ad Caium Seium, an ad superstites conlibertos suos, qui partes suas non vendiderunt, pertinerent. Respondit, secundum ea, quae proponerentur, ad Caium Seium pertinere. Idem quaesitum, an partes venditae ad rempublicam Tusculanorum pertinerent. Respondi, non pertinere. Claudius: quia non possidentis persona, qui nunc extraneus est, respicienda est, sed emtorum, qui secundum voluntatem defunctae ex illis fuerunt, quibus permiserat testatrix venundari, nec conditio extitit dati fideicommissi Tusculanis.

§ 6.—Fidei commisit eius, cui duo millia legavit (3), in haec verba: «a te, Petroni, peto, uti ea duo millia solidorum reddas collegio cuiusdam templi»; quaesitum est, quum id collegium postea dissolutum sit, utrum legatum ad Petronium pertineat, an vero apud heredem remanere debeat. Respondit, Petronium iure petere, utique si per eum non stetit, parere defuncti voluntate.

§ 7.—Mater (4) filios heredes scripserat, et adiecit: «praedia, quae ad eos ex bonis meis perventura sunt, nulla ex causa abalienent, sed conservent successioni suae, deque ea re invicem sibi caveant (5)»; ex his verbis quaesitum est, an praedia per fideicommissum relicta videantur. Respondit, nihil de fideicommissis proponi.

§ 8.—Ex parte dimidia heredi instituto per praeceptionem fundum legavit, et ab eo ita petiit (6): «Peto, uti velis coheredem tibi recipere in fundo Iuliano meo, quem hoc amplius te praecipere iussi, Clodium Verum, nepotem meum, cognatum tuum»; quaesitum est, an pars fundi ex causa fideicommissi nepoti debeat. Respondit, deberi.

centuria, dispuso en su testamento, que de ningún modo pignorase su heredero, ó en manera alguna enajenase, sus reliquias, y el predio suburbano, ó la casa mayor; su hija instituida heredera dejó como heredera á su hija, nieta del capitán de la primera centuria, la cual poseyó largo tiempo aquellos bienes, y al morir instituyó herederos extraños; se preguntó, si el heredero extraño tendría estos predios, ó si le pertenecerían á Julia Domna, que tuvo como hermano de su bisabuelo á Julio Agrippa. Respondí, que, siendo este un nudo precepto, no se exponía que se hubiera hecho nada contra la voluntad del difunto, para que no les pertenezcan á los herederos.

§ 5.—Uno les había legado á quince libertos, que había nombrado, un pequeño predio con una cabaña, y había añadido estas palabras: «y quiero que ellos los tengan para sí y los posean con esta ley y condición, que ninguno de ellos quiera vender su parte, ó donarla, ó hacer de ella otra cualquier cosa á favor de otro. Pero si contra esto se hubiere hecho alguna cosa, quiero que en este caso le pertenezcan á la República de los Tusculanos estas porciones ó el predio con la cabaña»; algunos de estos libertos vendieron sus partes á dos colibertos suyos del mismo grupo, pero los compradores fallecidos dejaron como heredero al extraño Cayo Seyo; se preguntó, si las partes que se vendieron pertenecerían á Cayo Seyo, ó á sus colibertos sobrevivientes, que no vendieron sus partes. Respondió, que, según lo que se exponía, le pertenecían á Cayo Seyo. El mismo preguntó, si las partes vendidas le pertenecerían á la República de los Tusculanos. Respondí, que no le pertenecían. Y dice Claudio: porque no se ha de mirar á la persona del poseedor, que es ahora un extraño, sino á las de los compradores, que, conforme á la voluntad de la difunta, fueron de aquellos á quienes había permitido la testadora que se les vendiese, y no se cumplió la condición del fideicomiso dado á los Tusculanos.

§ 6.—A aquel á quien le legó dos mil le encomendó uno un fideicomiso en estos términos: «te pido, Petronio, que entregues estos dos mil sueldos al colegio de tal templo»; se preguntó, si habiéndose disuelto después este colegio, le pertenecerá el legado á Petronio, ó deberá quedar en poder del heredero. Respondió, que con derecho lo pedía Petronio, solamente si en él no consistió el atender la voluntad del difunto.

§ 7.—Una madre había instituido herederos á sus hijos, y añadió: «no enajenen por ninguna causa los predios que de mis bienes han de pasar á ellos, sino consérvenlos para su sucesión, y dénese recíprocamente caución sobre este particular»; en virtud de estas palabras se preguntó, si se considerarán dejados por fideicomiso los predios. Respondió, que nada se expone respecto á fideicomiso.

§ 8.—Al instituido heredero de la mitad le prelegó uno un fundo, y le pidió de este modo: «Te pido que quieras admitir como coheredero en mi fundo Juliano, que además de esto mandé que tomaras previamente, á Clodio Vero, mi nieto, tu cognado»; se preguntó, si por causa de fideicomiso se le deberá al nieto parte del fundo. Respondió, que se le debía.

(1) *Taur.* según corrección del código *Fl.*; reliquias, la escritura original, *Br.*

(2) *dominam, Hal.*

(3) *dati fideicommissi, reipublicae Tusculanorum. Tusculanus fidei eius, cui duo milia solidorum legaverat, commisit in haec verba, Hal.*

(4) *Pater, Hal. Vulg.*

(5) *Hal. Vulg.:* caverent, el código *Fl.*

(6) *Hal. Vulg.:* petiit, el código *Fl.*